CUrrite nunc matres ⁊ filię· currite oẽs quę poſt Euam ⁊ ex Eua parturimini· ⁊ parturitis cũ triſticia: Adite virginalẽ thalamum· ingredimini ſi poteſtis ſororis nr̃ę pudicũ cubiculũ. Ecce etenĩ deus mittit ad virginẽ· angelus affatur Mariã: Apponite aurẽ parieti· auſcultate quid nũciet ei ſi forte audiatis vnde conſolemini. Lętare pater Adam· ſed tu magis o Eua mater exulta· q2 ſicut omniũ parẽtes· ſic omniũ fuiſtis perẽptores· ⁊ q̃d infęlicꝰ eſt· prius perẽptores q̃ꝫ parentes. Ambo inq̃ꝫ ↄſolamini ſuper filia ⁊ tali filia· ſed amplius illa de qua malũ illud ortũ habuit· cuius opprobriũ in oẽs mulieres ꝑtranſijt. Inſtat nãqꝫ tẽpus quo iam tollatur opprobriũ. Nec habeat vir quid cauſet᷑ iã aduerſus fęminã· q̃ dũ imprudenter excuſare ſe conaret᷑· illã crudeliter accuſare nõ cũctabat᷑ dicẽſ: Mulier quã dediſti m̃ dñe dedit mihi de ligno et cõmedi. Propterea curre Eua ad Mariã curre mater ad filiã· filia ꝓ mr̃e rñdeat· ipſa matris opprobriũ auferat. Ipſa patri pro mr̃e ſatiſfaciat· q̃m ecce ſi vir cecidit per fęminã· iam nõ erigitur niſi ꝑ fęminã. ¶ Idẽ in ſermone de aſſũptione. Ecce Maria tã officioſiſſime ſalutat᷑ ut iã in regali ſolio ſuper oẽs cęleſtium ordines legionũ exaltatã eã cernere videat᷑· ⁊ paulominus fęminã adorare qui ſolebat hactenꝰ ęquanimit᷑ ab hominibꝰ adorari. ¶ Augꝰ vbi s̃. Itaqꝫ matrẽ dñi mox futuram prior ſalutat· ⁊ oraculũ prĩs alta de ſede fuſum nũciat. ¶ Idẽ in alio ſermo. de eodem. Arram tribuit· matrimonia ſcribit· ſalutat puellã viri ſalutationis ignarã: Aue inq̃t grã plena· ⁊ vacuata eſt culpa. Maledictio Eue mutat᷑ in bñdictionẽ Marię. Ipſa quippe mater generis nr̃i mũdo pęnã intulit· genitrix xp̃o dñi nr̃i mundo attulit ſalutẽ· Auctrix peccati Eua· meriti Maria· Eua occidẽdo obfuit· Maria viuificãdo ꝓfuit. Obediẽtia ꝓ inobedientia mutat᷑· fides ꝓ perfidia cõpẽſat᷑.

## ¶ De gratię illius plenitudine. Hieroꝰ vbi s̃. Cap XX

AVe inquit gratia plena· Talibuſ decebat virginem oppignerari muneribꝰ ut eſſet grã plena· quę dedit cęlis gloriã· terris deũ· pacẽqꝫ refudit· gentibꝰ fidẽ· vitijs finem vitę ordinem· moribus diſciplinam. Et bene plena· quia cęteris quidem per partes pręſtatur: Marię vero ſe ſimul infudit plenitudo gratię tota. Deſcendit

quippe ſicut pluuia in vellus ⁊ ſic ſtillici-
dia ſtillātia ſuper terrā. Plane cęleſtis
imber elapſu placido virgineū vellus in-
fudit ⁊ tota diuinitatis vnda in carne
ſe cōtulit · ac deinde per crucis patibulū
expreſſum · omnibuſ terris pluuiā ſalutis
effudit ⁊ humanis mētibꝫ ſtillicidia grē
prēſtitit. Vere ergo plena ꝑ quā largo
ſācti ſpūs imbre ſupfuſa ē oīs creatura.

**Bern̄. vbi ſupra omel. iij.** Le-
gimus Stephanū plenū gratia ⁊ apo-
ſtolos ſpū ſancto repletos · ſed lōge diſſi-
militer a Maria. Alioquin nec ī illo cor-
poraliter habitauit diuinitatis plenitu-
do · nec illi cōceperūt de ſpū ſctō. **Idē
in quodā ſermone.** Bene quoqꝫ
Maria dicit̄ gratia plena · qꝛ deo ⁊ an-
gelis ⁊ hominibꝫ grata. Deo per humili
tatem · angelis per virginitatē · hominibꝫ
per fęcunditatē. **Idem.** O plena gra-
tiarū · non ſolum puero Abrae · ſed ⁊ ca-
melis potum tribuas de ſuperfluēti hy-
dria tua · qꝛ tu es vere puella preelecta ⁊
altiſſimi filio preparata. **Idē.** Offe-
rentur inquit virgines regi ſed poſt eam:
nam primatum ipſa ſola vendicat. Feli-
ces itaqꝫ qui cum regina noſtra de priui-
legio virginitatis gloriantur. Sed pe-
rijt iſta virtus a me · computruit vt iumē
tum in meo ſtercore. Nūquid ideo non
eſt ꝙ de hydria tua poſſim bibere? Nū-
quid in ſola virginitate plenitudo conſi
ſtit gratię? Puellam angelꝰ quęrit quā
dominꝰ filio domini ſui preparauit. Bi
bit ille de hydria tua · delectatus virtu-
te ſibi cognata. Sed nunquid etiam iu-
mentis potum tribues? vtiqꝫ. Bibit an-
gelus ꝙ virū nō cognoſcis. Bibāt ⁊ iu-
menta ꝙ de humilitate ſingulariter ſin-
gularis. Bibat etiam architriclinus · qꝛ
tres metretas hydria tua continet. Pa-
ter enim qui eſt principiū trinitatis iure
vocatur architriclinus. Tertia vero me-
treta fęcunditas ea de qua bibit ipſe pa-
ter. Vn̄ volēs angelus fęcunditatē tuā
cōmendare dixit: Quod enī ex te naſcet̄
ſanctū · vocabitur filiꝰ dei. Ac ſi diceret:
Cum eo ſolo tibi coīs eſt iſta generatio

## De contubernio dei cum virgine. Petrus epūs vbi ſupra.

### Cap XXI

Dominus tecum qui nō
ad te venit viſitandi ſtudio · ſed
in te nouo illabit̄ naſcēdi ſacra
mento. **Augꝰ vbi ſ.** Tecū ergo do
minus in corde · tecū in ventre · tecū in au-
xilio. Gratulare ḡ beata virgo · chriſtus
e cęlo ſuo ī vtero tuo ex ſinu pr̄is digna-
tur in vterū deſcēdere mr̄is. Dn̄s inqͭt te-
cum **Bern̄. vbi ſ. omel. iij.** Quid
ḡ mirū ſi gr̄a plena erat cum q̄ dn̄s erat?
Hoc potiꝰ mirandū eſt quō ab angelo
inuēt̄ꝰ eſt eē cū virgine q̇ angelū ipſū ad
virginē miſerat. Ita ne velocior angelo
deꝰ fuit quē feſtinantē ad terras celerior
ipſe ꝑuenit? vtiqꝫ. Nā cū eſſet rex in accu
bito ſuo · nardus virginis odorē ſuū de-
dit · et aſcēdit in ↄſpectu eiꝰ fumꝰ aroma-
tum illius · ⁊ inuenit gratiā corā oculis
dn̄i · clamātibꝫ circūſtantibꝫ: Quę ē iſta
quę aſcēdit ꝑ deſertū ſicut virgula fumi
ex aromatibꝫ. Statimqꝫ rex egrediēs de
loco ſctō ſuo · exultauit ut gigas ad cur-
rendū viā · ⁊ licet a ſūmo cęlo egreſſio eiꝰ
nimio ꝑuolās deſiderio nunciū ſuū ꝑue-
nit ad virginem quā amauerat quā ſibi
elegerat cuiꝰ decorem ↄcupierat. Quem
a longe venietē ꝓſpiciēs ait eccl̄ia gra-
tulans ⁊ exultās: Ecce iſte venit ſaliēs in
mōtibꝫ tranſiliens colles. Meritoqꝫ rex
decorē virginis ↄcupierat q̄ nimiū obſer
uauerat q̇cq̇d a pr̄e ſuo Dauid lōge an̄
ꝑmonita fuerat · dicente ſibi: Audi filia
ⁱc. Audiuit · n · ⁊ credidit · vidit ⁊ ītellexit
aurēqꝫ ſuā inclinauit ad obediētiā · ⁊ cor
ſuū ad diſciplinā. Nec ꝓpl̄m ſuū augere
ꝓlis ſucceſſione · nec domui pr̄is ſui cura
uit heredem relinquere · ſed quicquid ho
noris in ꝓpl̄o · quicq̇d de paterna domo
terrenarū rex habere potuiſſet q̄ſi ſterco-
ra reputauit ut xp̄m lucrifacēt. Nec eā ī-
tētio fefellit · cū ⁊ ipſū ſibi filiū vēdicauit

Petrus epūs vbi ſupra. Dominus inquit tecū. Cū ꝟgine inquit erat q ad virgineȝ miſerat· preceſſit nunciū ſuū deus· ſed a deo nō receſſit nūcius. Teneri ſiquidē anguſtia loci nō poteſt qui totus vbiqȝ eſt ſine q nihil eſt. Bern. vbi ſupra. Cūqȝ ſit equalit vbiqȝ totus per ſuā ſimplicē ſubſtantiaȝ; alit tū eſt in rationalibus creaturis qȝ in ceteris ꝛ ipſaꝝ aliter in bonis qȝ in malis per efficaciā. Ab vtriſqȝ quidē capi pōt ꝑ cognitionē· ſed a bonis tm̄ capit etiam per amorem. Sic igitur eſt in ſolis bonis· ut etiā ſit cū ipſis ꝓpter concordiā volūtatꝭ. Sed licet cū omnibꝫ ſanctꝭ ita ſit ſpecialiter· tū cū Maria cū qua vtiqȝ tāta ei cōſenſio fuit ut illius nō ſolū volūtatē ſed etiā carnē ſibi coniungeret· ac de ſua virginiſqȝ ſubſtātia· vnū chriſtū efficeret· vl potius vnus chriſtꝰ fieret qui totus dei totus virginis · vnꝰ vtriuſqȝ filius eſſet. Dn̄s inquit tecū nō ſolū filiꝰ quē carne induis· ſed etiā ſpūſſanctus de quo cōcipis· ꝛ ipſe pater qui genuit quē concipis. Pater inqȝ tecū q filiū ſuū facit ꝛ tuum. Filius tecū qui ad condendū in te mirabile ſacramentū miro modo ꝛ ſibi reſerat genitale ſecretū· ꝛ tibi ſeruat integrū virginale ſignaculū. Spūſſanctus tecū qui cū patre ꝛ filio tuū ſanctificat vterum.

## De benedictione virginitatis eius fecunde. Aug' vbi ſupra. Cap. XXII.

Benedicta tu in mulieribus que vitā paries viris ꝛ mulieribꝫ. Petrꝰ epūs vbi ſ. Reuera in mulierbꝫ bn̄dicta · qꝛ in qbꝫ Eua maledicta puniebat viſcera· in illis nūc gaudet honorat ſuſcipit Maria benedicta. Et facta eſt vere nūc mater viuentium per gratiā que prius erat morietiū mater per naturā. Ex glo. ſup Lucam. Benedicta ergo inquit in mulieribus· i· pre mulieribꝫ· ꝛ qꝛ virginitateȝ nouiſti ſine exemplo muliebris cōditionis· ꝛ quia virgo mater eris· ꝛ qꝛ deum generabis. Bern. vbi ſupra. Benedicta inqȝ tu in mulieribus que generalem mulierum euaſiſti maledictionē· ꝛ ſingularem conſecuta es benedictionē · ut nec ſterilis maneas· nec cum dolore parturias. Dura quidē neceſſitas ꝛ iugum graue ſuper omnes filias Eue. Naȝ ꝛ ſi pariunt cruciant· ꝛ ſi nō pariunt maledicūtur. Quid inter hec facies virgo que iſta legis? Mihi inquit pro minimo eſt ꝙ hominibꝫ diſpliceo dū me poſſim virginē caſtā exhibere chriſto. Quis o prudens ꝛ deuota ꝟgo· quis te docuit virginitatē placere deo? Que lex· que pagina veterꝭ teſtamenti vel precipit vel cōſuluit in carne nō carnaliter viuere ꝛ angelicā in terris vitā ducere? De virginibus ait apoſtolus: preceptum domini nō habeo· cōſilium aūt do. Tu vero· non dicam ꝑceptum· ſed nec cōſiliū habuiſti· nec exēplū niſi ꝙ vnctio te docebat de omnibus· et ſermo diuinus ꝛ efficax ante tibi factus magiſter qȝ filius· tuā prius inſtruxit mētem qȝ indueret carnē. Aperi virgo ſinū· prepara vterum· qm̄ ecce facturus eſt ibi magna qui potens eſt· intantū ut ꝓ maledictione iſrael beatā te dicant oēs generationes. Nec ſuſpectā habebas fecūditatē· qꝛ nō aufert integritatē. Cōcipies quidē ſed ſine culpa· grauida eris· ſed nō grauata· paries ſꝫ nō cū triſticia. Neſcies viꝝ ꝛ gignes filiū. Illiꝰ eris mr̄ cuiꝰ deꝰ eſt pater· filiꝰ pr̄ne charitatis erit corona tue caſtitatꝭ· ſapiētia paterni cordiſ erit fructus vteri ꝟginalis. Deū deniqȝ paries ꝛ de deo concipies.

## De trepidatiōe virginis ad angeli affatum. Aug' vbi ſupra. Cap. XXIII.

Deniqȝ poſt illius benedictionis preſagiū terretur virgo nouitate verborum. Petrus epūs vbi ſupra. Venerat ſiqdem angelus in ſpecie blādꝰ· in bello fortis· i habitu mitꝭ· ſmone terribil· hūana ꝓferēs· diuina ꝓmittēs. Vn̄ ꝛ ꝟginē quā

leniter ſollicitauit viſu·turbauit auditu
⁊ quā miſſi pꝛeſentia parum mouerat to-
to pondere cōcuſſit mittentꝭ auctoꝛitas.
Quis enim motu blādo· affectu pio vir-
ginem ſibi deus in matrē·famulā ſibi do
minus verteret in parētem: viſcera tamē
eius turbata ſunt·ipſaqꝫ tremefacta con
ditio cū eius cōditoꝛ deus quē tota crea
tura non capit·totū intra pectus huma-
num ſe recepit ⁊ condidit. **Idem.** Nā
etiam ut angelū vidit·mens eius ſcꝫ vir-
ginis·tremuit ⁊ obſtupuit·in eius ingreſ
ſu diuinitatis ingreſſum ſenſit. Templū
humani coꝛpoꝛis turbabatur ⁊ domici-
lij carnalis anguſtię mouebantur·cū in
pectoꝛe ꝟgineo tota dei magnitudo cō-
deretur. Ipſe nimirum hominem ex vte-
ro mulieris reſumpſit·qui virginē ex viri
coꝛpoꝛe foꝛmauit. ¶ **Ambꝛo. ſuper
Lucam li. ij.** Trepidare quippe vir-
ginum eſt ad omnes viroꝝ ingreſſus pa
uere·omnes eoꝝ affatus vereri. Diſcant
ergo mulieres ꝓpoſitū pudoꝛis imitari.
diſce virgo verboꝛum vitare laſciuiam.
Maria etiam angeli verebatur ſalutatio
nem ¶ **Hiero⁹ ad Occeanum.**
Mariam in penetralibus angelus ſolā
non cum agapeta loquentem inuenit·et
illa virilem introitum foꝛmidauit. Tu ꝙ
es malicię foꝛnax·quid a viro frequenti⁹
ſalutari deſideras? ¶ **Bern. vbi s.**
Solent virgines quę vere virgines ſunt
ſemꝑ eſſe pauidę·⁊ ut timenda caueant
etiam tuta pertimeſcere·ſciētes ſe theſau-
rum ꝑcioſū in vaſis victilibus poꝛtare·⁊
nimis arduū eſſe celibem ducere in carne
vitam. Deinde quicquid nouum quic-
quid ſubitum fuerit oꝛtum ſuſpectas ha-
bent inſidias totumqꝫ contra ſe eſtimāt
machinatum. Idcirco Maria turbata
eſt in ſermone angeli·ſed nō perturbata.
Turbatus ſum inquit Dauid ⁊ nō ſum
locutus·ſed cogitaui dies āntiquos· ⁊ an
nos ęternos in mente habui. Similiter
ergo Maria turbata eſt ⁊ non eſt locuta
ſed cogitabat qualis eſſet ſalutatio illa.
¶ **Petrus epūs vbi s.** Cito nāqꝫ
reſpondere facilitatis eſt hūanę·cogitare
vero ponderis eſt maximi ⁊ iudicij ꝑma-
turi. ¶ **Bern. vbi ſupꝛa.** Q2 ergo tur-
bata eſt verecūdię fuit virginal'·⁊ ꝙ nō
perturbata foꝛtitudinis·ꝙ tacuit ⁊ cogi-
tauit pꝛudentię. Sciebat nempe virgo
pꝛudens ꝙ frequenter angelus ſathanę
ſe in angelū lucis tranſfigurat· ſed quia
ſimplex ⁊ humilis erat ·nihil tale de ſctō
angelo penitus eſtimabat·⁊ ideo qualis
eſſet iſta ſalutatio cogitabat. ¶ **Idem
in ſermo. de aſſūptiōe.** Nimirum
indignam ſeſe angelica ſalutatione repu
tabat·⁊ foꝛſitan in mente talia meditan-
do voluebat: Unde hoc mihi vt veniat
angelus domini mei ad me? **Glo. ſu-
per Lucā.** Eliçabeth erubeſcit de cul-
pa·Maria vero de verecundia. In mu-
liere nāqꝫ mod⁹ pudoꝛis adhibetur·⁊ in
virgine gratia pudoꝛis augetur.

## ¶ Qualiť āgel⁹ ab ea fugauit me-
## tū. Bern. ſuꝑ miſſus ē omel. ij.
## Cap. XXIIII.

Angelus itaqꝫ Mariam
virginem intuens ⁊ varias eā
ſecū voluere cogitationes faci-
lime depꝛehendens·pauidam conſolat'·
dubiam cōfirmat· eamqꝫ familiariter ex
nomine vocans·benigne perſuadet ne ti
meat. ¶ **Petrus epūs vbi ſupꝛa.**
Dum enim eam ad totā deitatis gloriā
in ſe poꝛtandam exhoꝛtatur·ne tāto pō-
dere fabꝛicę cęleſtis in ea ſubtilis nr̄i coꝛ-
poꝛis harena ſuccumbat·⁊ totius huma
ni generis fructum poꝛtatura tenuis vir
ga frangatur·metū fugans eam conſola
tur dicens: Ne timeas Maria. Ecce an̄
cauſam dignitas virginis ex nomine nū-
ciatur. Maria ſiquidem hebꝛaicę domi-
na nuncupatur. Uocat igitur angelus
eam dominam·ut dominatoꝛis genitri-
cem. Ac ſi dicat: Trepidatio deſinat ſer
uitutis·quā vocari dn̄am facit ⁊ impat
auctoꝛitas ipſa ſui germinis. ¶ **Aug⁹
vbi s.** Ne ergo īquit terrearis a ꝓſpectu
meo mr̄ dn̄i mei. Nā ego cōceptiōis tuę

miniſter adueni. non ut virginitatẽ amit
teres interueni. Petrꝰ epũs vbi ſ.
Ergo ne timeas inquit Maria. quare?
quia inueniſti gratiã apud deũ. Timet
ſiquidem nõ qui inuenit. ſed qui perdit.
Inuenit aũt Maria cõcipiendo in ſe ſu-
perni gratiã germinis que ⁊ pariendo nõ
perdidit inſignia virginitatis. Quid ḡ
timet que ſecuritatem concepit rerũ gau-
dia parit ſeculoꝝ? Timor nõ eſt vbi di-
uinum eſt negociũ. nõ hũanũ vbi eſt cõ-
ſcientia virtutis. non pudoris. Quid ti-
met Maria que ſuſcepit eũ quẽ timent
que timẽtur oĩa? Quid timet cui iudex
eſt cauſa. aſſertor integritas. teſtis inno-
centia? Bern. in ſermone vbi ſ.
Ne ḡ timeas Maria. nec mireris ꝙ an-
gelus ad te venit: nam ⁊ maior angelo
venit. Ne mireris angelum dominicum.
nã ⁊ dñs angeli tecũ. Poſtremo q̇d ni
angelũ videas cũ iã ãgelũ iuuas. Quid
ni ſalutet ſanctoꝝ ciuẽ ⁊ domeſticũ dei?
Idem ſuper miſſus eſt omel.
iii. Dic ergo Maria ne timueris. nihil
hic doli vel fallacie. nullas hic inſidias
ſuſpiceris. non ſum hõ ſed ſpiritus. nec ſa
thane ſed dei angelus. O ſi ſcires q̃ꝫtum
tua humilitas altiſſimo placeat. q̃ꝫta te
apud ipſum ſublimitas maneat. angeli-
co te indignã nec alloquio nec obſequio
iudicares.

## Qualiter eadẽ virgo ĩuenit gratiã apud deum. Cap XXV.

Vt quid enim o virgo in-
debitã tibi dixeri grãm angelo-
rum que inueniſti gratiã apud
deũ? Inueniſti enĩ qđ querebas Maria
virgo. inueniſti qđ inuenire potuit añ te
nemo. gratiã videlicet apud deũ. Quã
gratiã? Dei ⁊ hoĩum pacẽ. mortis deſtru
ctionẽ. vite repationẽ. Idẽ in ſer-
mone vbi ſ. Sane fons vite chriſtus
eſt. Fons inq̃ꝫ indeficiẽs q̇ vniuerſã irri-
gat ſupficiẽ paradiſi. eiuſq̃ꝫ fluminis im-
petus letificat ciuitatẽ dei. Et ipſa q̇dẽ
exinaniuit ſe plenitudo ut fieret nobꝭ ſan
ctificatio ⁊ redẽptio. Deriuatus eſt fons
vſq̃ꝫ ad nos q̃ deſcẽdit illa celeſtis vena
p aqueductũ. nõ tñ fõtis copiã exhibẽs
ꝫ ſtillicidia grẽ cordibꝰ nr̃is arẽtibꝰ infũ-
dẽs. Alij q̇dẽ plꝰ ⁊ alij q̇dẽ minꝰ. Plus
equidẽ aqueductꝰ ut ceteri de plenitudi
ne ꝫ nõ plenitudinẽ ipſã accipiãt. Aque
ductus eſt Maria cui dictum eſt: Aue
Maria grã plena. Hec nimiꝝ fontẽ ple-
nitudinẽ de corde pr̃is accepit. ⁊ nobis il-
lũ nõ ꝓut eſt. ſed prout capere poteramꝰ
edidit. An vero ĩueniri potuiſſe miraris vñ
talis ac tãtus aqueductꝰ fieret. Maria
videlicet cuiꝰ nimiꝝ ſũmitas inſtar ſcale
quã vidit Jacob tãgere celos. imo trãſ-
cẽdere illũq̃ꝫ mũdiſſimũ aquaꝝ q̃ ſuper
celos ſũt fontẽ attigere poſſet. Propte-
rea ſiq̇dẽ hũano generi tãto tpe fluenta
grẽ defuerũt. ꝙ necdũ aqueductꝰ iſte tã
deſiderabilis intercederet. nec mirabilis
expectatũ diutiꝰ. ſi recorderis quot annis
in arce fabrica laborauerit Noe vir iuſtꝰ
in qua pauce. i. octo aĩe ſalue facte ſũt. ⁊
ꝫ ad modicũ tẽpus. Sꝫ quõ noſter hic
aqueductꝰ fontẽ illũ attigit tã ſublimẽ.
quõ putas niſi vehemẽtia deſiderij ferno
re deuotiõis. puritate orõis? Oratio q̇ p
pe iuſti ꝑnetrat celos. ⁊ quis iuſtus ſi nõ
Maria iuſta de qua ſol iſte iuſticie no-
bis eſt ortus? Quomodo igit̃ illa maie
ſtatem attigit inacceſſam niſi pulſando
petẽdo querendo? Deniq̃ꝫ ⁊ quod que-
rebat inuenit. quia gratiam apud deum
obtinuit. Nec ſola celos Maria pene-
trauit oratione ſed etiam incorruptione.
ſicut ſapiens ait: Erat enim virgo ſan-
cta. cui ſpecialiter dicere cõuenit: In ce-
lo eſt conuerſatio noſtra. Sancta inq̃ꝫ
corpore ⁊ ſpiritu ne quid forſitan dubi-
tes ſuper hoc aqueductu. quin ⁊ valde
ſublimis eſſet ⁊ integerrimus ꝑmaneret
Non enim erat fatua virgo. cui nõ ſolũ
erat oleũ. ſed olei ĩ vaſe recõdita plenitu-
do. aſcenſiones in corde ſuo Maria diſ-
poſuit ꝯuerſatione parit̃ ⁊ orõe. ſicut iã
diximus aſcendit. Deniq̃ꝫ in montana

cum feſtinatione abijt· ⁊ Eliçabeth ſalu/
tata· in eius miniſterio quaſi menſib; tri/
bus humiliter ſtetit. Tertius hic fuit vir/
ginis aſcenſus ut difficile rũperetur tri/
plex funiculus. Feruebat ſiquidẽ in quę/
renda gratia charitas· ſplendebat in car
ne virginitaſ· ⁊ obſequio eminebat hũili
tas. Merito proinde cantor ille diuin⁹
in eius admiratiõe precinebat: Quę eſt
iſta quę aſcendit? Plane ſuper homĩes
aſcendit et ipſos etiam angelos trãſcen/
dit. Nimirũ ſupra angelos aquam viuã
neceſſe eſt hauriat quã hoĩb; refũdat.

## ¶ Ut eadẽ virgo repleta toti mũ/ do refudit gratię beneficium Petrus epũs vbi ſupra. Cap. XXVI.

Inueniſti ergo iquit gra
tiam apud deũ. Quãtam pu/
tas inuenit gratiam? Quãtam
vtiq; ſuperius dixerat· videlicet plenam
⁊ vere plenã· per quã imbre largo totam
infũderet creaturã· ¶ Hiero⁹. Hęc eſt
enĩ gratia q̃ dedit gloriã cęlis· deũ terris
gentib⁹ fidẽ· vitijs finẽ· vitę ordinẽ· mo/
ribus diſciplinã. Hanc detulit angelus
gratiã· accepit virgo· ſalutẽ ſeculis red/
ditura. ¶ Bernñ. vbi ſupra. Inue/
niſti ait angelus gratiã. Sed q̇d? Ple
na eſt gratia · ⁊ gratiã adhuc ĩuenit. Di
gna prorſus ĩuenire qd̓ quęrit· cui ꝓpria
non ſufficit plenitudo· nec ſuo poteſt eſſe
cõtenta bono· ſed ad ſalutem vniuerſita
tis ſupeffluentiã petit· vnde ⁊ poſtmo/
dum audire meruit: Spũſſanctus ſup/
ueniet in te· ⁊ precioſum illud balſamũ
tanta tibi copia tantaq; influet plenitu/
dine ut copioſiſſime effluat vſq;quaq;·
Altius igitur intuemini fratres· quanto
deuotionis affectu Mariã a nobis ho/
norari voluerit· qui totius boni plenitu
dinez in ea poſuit: vt proinde ſi quid in
nobis eſt ſpei· ſi quid gratię vel ſalutis
ab ea nouerimus redundare· quę aſcen/
dit afflues delitijs. Hortus planę deli/
tiarũ quã nõ ſolum afflauerat veniens·
ſed etiam perflauerat ſupueniens auſter
ille diuinus· vt vndiq; fluant ⁊ effluant
aromata illius. Totis ergo medullis cor
dium ⁊ votis omnibus veneremur Ma
riam· quia ſic eſt voluntas eius qui totũ
nos habere voluit ꝑ illã. Ipſa eſt apud
deum aduocata noſtra qui non poteſt
ſuſtinere repulſam· qm̃ apud deum inue
nit gratiam. Prudens quippe virgo nõ
ſapientiam ut Salomon · non diuiti/
as· non honores quęrebat· ſed gratiam
requirebat. Sola nimirum eſt gratia
qua ſaluamur · ſola gratia indigemus.
Quid alia concupiſcimus? Quęramus
igitur gratiam· ſed per inuentricem gra/
tię Mariam· qd̓ quęrit inuenit ac ſem/
per inueniet ⁊ fruſtrari non valet. Quę/
ramus inquit gratiam ſed apud deũ· nã
apud homines fallax grã. Ceteꝝ q̇cq̇d
illud eſt quod offerre paraſ deo· Marię
cõmendare memento· ut eodem ad gra/
tię largitorem gratia redeat quo influxit
alueo. Neq; enim impotens erat deus ⁊
ſine hoc aquęductu gratiã prout vellet
infundere· ſed tibi vehiculũ voluit ꝓui/
dere· quia forte manus tuę plenę ſũt ſan/
guine vel muneribus infectę. Itaq; mo/
dicum qd̓ offerre deſideras gratiſſimis
illis ⁊ oĩ acceptatiõe digniſſimis· Ma/
rię manibus offerenda trade· ſi nõ vis re/
pulſam ſuſtinere.

## ¶ De prenunciatione filij ex vir/ gine naſcituri. Petr⁹ epũs vbi ſupra. Cap. XXVII.

Hęc nimirum dicẽs et an
gelus ipſe miratur aut tãtũ fę/
minam aut omnes homines mi
ſericordiam meruiſſe per fęminam. Stu
pet totum deum intra virginales angu/
ſtias venire· cui tota ſimul creatura ꝓba
tur anguſta exiſtere. Hinc eſt qd̓ remo/
ratur· ꝙ virginẽ de merito vocat· de gra
tia cõpellat· bona trepidatione deponit
nec ſine metu metum audientis diſcutit.

Bern̄. omel. iij. vbi s̄. Hec ē inq̄t o virgo gratia quā inueniſti apud deuȝ ⁊ h̄ tibi ſignū: Ecce ɔcipies in vtero ⁊ paries filiū. Petrꝰ epūs vbi s̄. Ecce cōcipies in vtero · qđ caro neſcit · non habet cōditio · natura nō admittit. Quis enī ad fructū añ ꝑuenit · q̄ȝ t̄re laborē ac ſudorē ſentiat? Quis añ poma carpit q̄ȝ ſue plante induſtriā impēdat? Quis p̄ter viā ad manſionē ꝑuenit? Quis p̄ter naturā incremētū nature ſuſcipit? Beata ḡ ⁊ vere beata Maria q̄ p̄ter generandi curas · preter materna faſtidia ad tātā gloriaȝ germinis ꝑuenit. Beata q̄ diuinum pignus totis corporꝭ externis neſcientib9 in ſuo pectore ſuſcepit atq̄ȝ ſeruauit Beata q̄ qđ de ſupnis angelo deferente ſuſcepat · ſoli ſue mēti cōmiſit ⁊ credidit. Itaq̄ȝ negociū celeſte ſic gerit' intra domū v̄ginis vt ipſa domꝰ ſepta nō ſētiāt manētib9 clauſtris. Idē. Ecce inq̄t cōcipies in vtero ⁊ paries · vt cōceptꝰ ſit veritas nō figura · partꝰ ꝓprietas nō imago · ſicut verꝰ deus natus eſt de deo vero In ortu ſiq̄dē chriſti fratres hūani corporis iniuria ſublata eſt nō natura · nec ē creatura deleta ſed culpa damnata. Eſt igit' hereſis q̄ chriſtū aereū corpus aſſumpſiſſe dicit · nec habuiſſe carnē h̄ hominē ſimulaſſe confingit. Idem. Cōcipies inq̄t ⁊ paries filiū: Nō dixit tuū nec tibi q2 ſctm̄ illud vocabit' filiꝰ dei. O igitur v̄go Maria te matrē ꝯſtitit gr̄a: nō nā genitricē te dici voluit pietas quā nō ſinebat integritas. In tuo ɔceptu creuit pudor · aucta ē caſtitas · ſolidata virginitas · tibiq̄ȝ nō modo ſalua ſūt oīa · verū etiam aucta nilq̄ȝ minuta. Ex te incipit auctor tuꝰ · ex te origo tua oritur. In tuo germine ē genitor tuꝰ. In tua carne deꝰ tuꝰ. Ipſe lucē mūdi p te capit qui lucem mūdo dedit. Monita ḡ p āgelū ne p̄ſumas hūc vocare filiū · h̄ mox ut genueris innoca ſaluatorē · i · Jeſuȝ · q2 virginitas nō ſibi parit filiū · ſed parit pignꝰ auctorꝭ ⁊ integritas ſuū geſtat dominū · nō aliūnum.

## De predictione nominis pueri. Cap XXVIII

Hoc eſt ergo quod ſubiūgit' ab angelo: Et vocabis nomen eiꝰ ieſū. Jeſus hebraice · ſother grece · ſaluator dicit' latine. Merito ergo virgini ſalua ſūt oīa q̄ genuit oīuȝ ſaluatorē. In h̄ nomine tota deitatꝭ maieſtas adorat' · ⁊ ut ait apl'us: In nomie Jeſu omne genu flectat' · celeſtiū · terreſtrium ⁊ infernoꝝ. Hoc deniq̄ȝ nomē eſt qđ cecis viſum · ſurdis auditū · claudis greſſum · ſermonē mutis · vitā mortuis dedit. Totāq̄ȝ diaboli poteſtatem de obſeſſis corꝑib9 virtus huius nomīs effugauit. Bern̄. vbi s̄. Deniq̄ȝ vocabiſ inq̄t nomē eiꝰ Jeſū. Ipſe · n · ſaluū faciet populū ſuū a peccatꝭ eoꝝ. Duos legimꝰ Jeſus in huiꝰ typo p̄ceſſiſſe · ⁊ ābos ꝓplis p̄fuiſſe · quoꝝ vnꝰ de babylone populum ſuū eduxit · alter ſuū in terrā ꝓmiſſionis introduxit · neuter aūt a peccatis ſaluauit. Iſte vero nr̄ Jeſus ⁊ a peccatꝭ ſaluat ꝓplm̄ ſuū ⁊ introducit in terrā viuētium. Hic erit magnus ⁊ filiꝰ altiſſimi vocabitur. Plane magnꝰ cuius magnitudinis nō eſt finis. Quis · n · magnꝰ ſicut deꝰ nr̄? Altiſſimꝰ pater nāq̄ȝ q̄uis omnipotens ſit · nō tn̄ vel equalē ſibi cōdere creaturā vel inequalē ſibi gignere filiū potuit. Fecit igitur angelū magnū h̄ nō altiſſimū. Solū aūt vnigenitū q2 nō fecit ſed genuit · ipſū ſibi p oīa cōꝑari · nec rapinam eſtimat nec iniuriā. Sed quare dr̄: Hic erit magnꝰ · ⁊ nō potius eſt · niſi forte q2 qui magnus deus ſemꝑ erat · ex tempore magnus hō · magnus doctor · magnꝰ ꝓpheta erat futurus. Et tu quidē o virgo paries ac nutries paruulū · ſed vidēs paruum · cogita magnum · q2 magnificabit eū dn̄s in ɔſpectu regū · ita ut omnes gētes ⁊ reges adorēt eū. Magnificet ḡ dominū ⁊ aīa tua · q2 hic erit magnus ⁊ tibi faciet magna. Magnificet' ⁊ a nobis magnus dn̄s quos ut faceret magnos factꝰ eſt paruulus. Studeamus ⁊ effici ſicut

A

parunlus iſte · diſcam⁹ ab ipſo qꝛ mitis eſt ⁊ hũilis corde. ¶ Petrus epũs vbi ſ̄. Et filius inq̇t altiſſimi vocabit᷑. Vñ qḋ virgo concepit nõ terrenũ ſed ceͤleſte germẽ eſſe cõuincit᷑. Virgo quidem peperit · ſ; de⁹ filiũ ſuſcepit. Sequit᷑. Et dabit ei dñs deus ſedẽ Dauid pr̃is ei⁹. Hinc heretic⁹ ꝑfidie ſue nebulas inuenit. Hinc ſibi materiã erroris fingit: Ecce inq̇t nõ ego dico ſed angel⁹ · qꝛ dabit illi dñs deus: Nũq̇d maior eſt qui dat ꝙ̃ qui accipit? Sed qui accipit · añꝙ̃ acciperet non habuit. Nos aũt frẽs hꝰ audiam⁹ ut fideles ñ ut ꝑfidi · qḋq; illis erroris eſt occaſio · nobis ſit augmentũ fidei. Dabit inq̇t dñs illi · quis · cui? vtiq; dñs hoĩ · diuinitaſ carni. Apoſtolũ audi dicentẽ: qꝛ de⁹ erat in ipſo mũdũ reconcilians ſibi. Hic ḡ de⁹ qui erat ĩ chriſto regnu; ſibi dabit in chriſto · ſuſceptoq; corpori conferebat qḋ ſemꝑ diuinitate ſua poſſiderat. Itaq; qñ accipit filius Dauid dicit᷑ · cũ aũt dat dei fili⁹ nũcupatur.

## ¶ Qualit᷑ virgo inquiſiuit modũ concipiendi. Idem. Cap XXIX.

Dixit aũt Maria ad angelũ: Quõ fiet iſtud? Ecce et Maria ĩterrogauit. Cur ergo Zacharias velut querulus ꝑcunctator ꝑenã incurrit · qꝛ pector; cognitor nõ verba ſed corda ꝑuidit · nec q̇d dixerit q̇ſq; ſed quid ſenſerit indicauit? Erat · n · interrogantiũ diſſimilis cauſa · ſpes ꝑdiuiſa. Hec ꝯtra naturã credidit · ille ꝑ natura dubitauit. Hec itegre rei ordinẽ querit · ille qḋ deus iubet fieri nõ poſſe ꝑ̄ſcribit Ille ĩplẽtib⁹ exẽplis ad fidẽ nõ accedit · hec ad fidẽ ſine exẽplo ꝑ̄currit. Hec miratur de partu virginali · ille de cõceptu diſputat coniugali. Merito igit᷑ loquit᷑ hec deũq; ſuũ cognoſcit · ⁊ cõfitet᷑ in corde · ille vero tacet donec Iohãnẽ quem negabat cõuict⁹ ꝓprio reddat ex corpe. ¶ Aug⁹ in ſermo. de annũciatiõe dñica. Quõ inquit fiet iſtud · ut ⁊ vtero graueſcã pudico · ⁊ imunis ſim a marito q̃m penit⁹ virũ nõ cognoſco? Deſpõſata nãq; ſũ homini iuſto. Si illũ nõ cognouero vnde erit qḋ generabo? Si fieri põt ut concipiam intacta generẽ clauſa indica modũ ⁊ paratũ ĩuenies animũ meũ. Omnib; · n · modis exopto ego deo meo ut ⁊ habeã prolẽ ⁊ nõ perdã pudorem. ¶ Bern. vbi ſ̄. omel᷑. iiij. Hic quidẽ ad vocẽ angeli prudent᷑ tacuit virgo dũ adhuc dubia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio · malens humilit᷑ nõ reſpõdere · ꝙ̃ qḋ neſciret loqui temere. Iã vero ꝯfortata ⁊ bñ premeditata angelo quidẽ foris loquẽte ſed deo intus ꝑſuadente · fide · ſ · depellente timore; ⁊ leticia verecundiam ait ad angelum: Quõ fiet iſtud q̃m vir; nõ ꝯgnoſco? Nõ dubitat de facto · ſ; modũ requirit ⁊ ordinẽ. Non enĩ querit an fiat · ſed quõ · ac ſi diceret: Cũ dñs cõſcientie mee teſtis ancille ſue votũ eſſe virũ non cognoſcere ſciat · qua lege · quo ordine ſibi placebit ut illud fiat? Si me inq̇t oportuerit frãgere votu; ut talem pariã filiũ · ⁊ gaudeo de filio · et doleo de ꝓpoſito · fiat tñ voluntas eius. Sin aũt virgo concipia; ⁊ v̓go pariã qḋ vtiq; ſi ei placuerit impoſſibile non erit · tũc ſcio vere quia reſpexit hũilitatẽ ancille ſue. ¶ Ambro⁹ ſuper Lucam li. ij. Non itaq; de effectu dubitauit ſed qualitatẽ effectus inquiſiuit · legerat enĩ ꝙ virgo generaret ſed nõ quõ generaret. Nõ ergo fidẽ renuit · non officiũ recuſauit ſed accõmodauit affectũ ⁊ ſpopõdit obſequiũ. ¶ Bern. in ſermone de aſſũptiõe. Hoc aũt inuiolabile ꝓpoſiti fundamentũ eſſe ꝓbauit · ꝙ angelo ꝓmittenti tam cõſtanter rñdit: Quõ fiet iſtud? Fortaſſis · n · idcirco primit⁹ turbata eſt in ſermone illi⁹ · qꝛ benedictã ſe in mulierib; audierat · que nimi; in virginibus benedici ſemꝑ optabat. Et ex tunc quidem cogitabat qualis eſſet ſalutatio illa q̃ tã videret᷑ eſſe ſuſpecta. Ubi vero in filij ꝓmiſſione manifeſtum videbatur

virginitatis periculū imminere·nō potuit vltra diſſimulare quin diceret: Quō inq̄t fiet iſtud qm̄ vir nō ꝯgnoſco? Merito proide ⁊ illā bn̄dictionē habere meruit·⁊ iſtā nō amiſit ut longe glioſior fieret ⁊ ex fecūditate virginitas·⁊ ex virginitate fecunditas. Magnū ſiquidē eſt eſſe virginē·ſed longe amplius ꝑ omnē modum eſſe virginē matrē.

## De reſpōſione angeli ſup modo concipiendi. Idem ſuper miſſus ē vbi ſupra. Cap XXX

Vt ergo Maria moduz ⁊ ordinem ꝯceptionis queſiuit Angelus ei reſpōdit: Spūſſanctus ſuperueniet in te. Sed quō dicit̄ h̄ ei iam gratia plene? Nūqd gratia impleri potuerat·⁊ necdū habere ſpiritū ſanctum cū ipſe ſit dator graꝝ? Cur igit̄ angelus repromittit eū tanq̄ adhuc nouit̄ ſupuenturū? An fortaſſis ideo non dixit ſimpliciter veniet ſed ſupueniet·q̄ꝛ prius quidē in ea fuit ꝑ multā gratiā·⁊ nūc ſuperuenturus nūciat̄ ꝓpter abundatioris gratie plenitudinē quā effuſur⁹ erat ſup illā? At vero que iā plena erat·illud amplius quō capere poterat? An prior quidem eius gratia tantū repleuerat mentē Sequēs xp̄o debebat etiā perfūdere vētrem·ut plenitudo diuinitatis que añ in illa ſicut ⁊ in mult̄ ſanctoꝝ ſpūaliter inhabitat·in ipſa etiā ſicut in nullo ſanctorum corporaliter inhabitare incipiat.

Beda ſup Lucam. Spiritus itaq̄ ſanctus in virginē ſupuenit qui ⁊ mentē eius ab omni ſorde vitioꝝ emūdauit· et in eius vtero redēptoris corp⁹ operatiōe ſua ſine virili ſemīe de ipſi⁹ virginis carne creauit. Bern̄. in ſerm. de natiuitate btē Marie. Item ſpūs inq̄t ſanctus in te ſupueniet·i· deſuper angelos·⁊ omnem creaturaz in te veniet· ac ſi diceret: Ne me interroges·q̄ꝛ ſupra me ē ⁊ nō potero ad illud aſcēdere; Igitur ⁊ ne ſteteris·vel inter angelos virgo ſanctā paululū cū ꝑtranſieris eos inuenies quē diligit aīa tua. Petr⁹ epūs vbi ſupra. Ecce dic̄: qm̄ virū nō cognoſcis quē vir mulier querit·quē tu in paradiſo ꝑdidiſti. Redde mulier vir·redde dei depoſitū·ordinē nature pretermitte·creatoris ordinē recognoſce. Ille ex te aſſumet ⁊ virū faciet qui te in ꝑncipio fecit ⁊ ex viro aſſumpſit. Ne ḡ virū queras·ceſſet opus hoīs·qm̄ ad hoīs repationē ars diuina ſufficit. Hinc ē q̄ de⁹ ipſe venit ad te·nec iam caro ad carnē· h̄ ſpūſſāct⁹ ſupueniet in te. Qd̄·n·ex carne natū eſt caro eſt·⁊ qd̄ ex ſpū·ſpūs eſt·deus autez ſpūs ē. Ideo qui de ſpū naſcit̄ ſine ꝯtrouerſia de⁹ eſt. Hiero⁹ in ſermo. de aſſūptione. Et h̄ eſt priuilegiū nō nature h̄ grē virginis beate de qua nat⁹ eſt ipſe de⁹ ⁊ hō·idcirco ⁊ ipſa plus ē meritis nō natura q̄ virgo ⁊ hō. Nā ⁊ ſi cetere virgines illā imitāt̄ vſq̄ ad Gabrielis obſequiū noue ſalutatiōis·⁊ ꝯceptū part⁹ deinceps totū ē diuinū qd̄ opatus eſt in ea ſpūſſanct⁹. Añ hoc ipſū ſane virginis vter⁹ q̄uis mūd⁹ q̄uis impollut⁹ ⁊ ſanct⁹ adhuc tn̄ vilitate hūanitatꝭ erat īdut⁹·ut ita dicā· ac ſi lana cādidiſſima ſuiq̄ coloris dealbata. Ad quā cū acceſſit ſpūſſanct⁹ velut eadē lana cū inficitur ſanguine conchilij vel muricis vertit̄ in purpurā·verſa ē ⁊ ipſa ſine coitu in matrē ut nō ſit iā admodū qd̄ fuerat·h̄ purpura veriſſima ad indumētū ſūmi regis diuinit⁹ aptiſſime dedicata. Itaq̄ licet dudū vniūſis q̄ ſub celo ſūt xginib⁹ icōparabilis eſſet·ut ī ſe diuinitatꝭ admixtionē ſalua vtraq̄ natura decēter ſuſcipe poſſet·tamen cum gratia repletur·cū ſpirituſancto perfunditur·cum virtute altiſſimi obumbratur·fit celſis ſublimior·faſtigijs pulcrior·ſanctitate glorioſior meritorum prerogatiuis·ita ut nullis iam vſibus eſſet mācipanda niſi diuinis.

## ¶ De obũbratione virtutis altiſſimi. Aug⁹ i ſer. de anũciatione dñica. Cap XXXI

Sic ergo refert angelus modũ cõceptionis qđ in verbo fieret ſaluatoꝝ. Q inqt Maria virgo dei・deſpõſata dei・dilecta dei・mater dei・filia dei・ſi hũc a me modũ requirꝭ quõ virgo parias ꝛ poſt partũ virgo ꝑmaneas・vel quõ fiet in te・qui fecit te・audi me ꝛ nõ ꝑturberis in te. Spũſſanctus ſupueniet in te・ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi・ita ut nec eſtũ patiarꝭ libidĩs ꝛ mater ſis creatoris. ¶ Petr⁹ epũs vbi ſ͞. Idcirco quidẽ eã dei virtus obumbrat ne portãs deũ fragilitas hũana ſuccũbat. Eſtus itaqȝ corporꝭ nr̃i neſciat quã diuinę virtutꝭ vmbra ꝓtegit nec habitatiõis mũdanę ſecretũ inquirat q̃ ſe ſupni ſplẽdoris velamẽto ſeptã circũſpicit. ¶ Bern̄. ſup miſſus ē vbi ſ͞. Virtus inqt altiſſimi obumbrabit tibi. Qui põt capere capiat. Quiſ・n・excepta fortaſſis illa q̃ h̃ in ſe ſola experiri meruit intellectu capere poſſit・qualiter ille ſplẽdor inacceſſibilis virgineis ſe viſceribus infuderit・ꝛ ut illa qđ eſt ĩacceſſibile ferre poſſet ad ſe accedere・dũ partiũcula eiuſdem corpis cui ſe aĩate ꝯtẽpauit reliquę maſſę vmbraculũ fecerit・ꝛ forte ꝓpter velamen ſacramẽti dictũ obumbrabit tibi q2 ꝙ ſola ꝑ ſe trinitas in ſolã ꝛ cum ſola virgine dicat̃ operari・ſoli datũ eſt noſſe cui ſolũ datũ ē experiri. Dicat̃ g̊ ſpũſſanctus ſupueniet in te・qui vtiqȝ ſua potentia fęcũdabit te・ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Hoc eſt illũ modũ q̊ de ſpũ ſancto cõcipies dei virt⁹ ꝛ dei ſapientia chriſt⁹ in ſuo ſecretiſſimo conſilio ſic obumbrãdo ꝯteget ꝛ occultabit ut ſibi tm̃ not⁹ habeat̃ ꝛ tibi. Ac ſi diceret angelus virgini: Quid a me requirꝭ qđ in te mox experieris? Scies vtiqȝ ſcies・ſed illo doctore q̊ ꝛ actore. Nõ・n・doceri põt niſi a donãte・nõ põt addiſci niſi a ſuſcipiente. Glo. ſup Lucã. Poteſt aũt his verbis vtraqȝ natura ſaluatoꝝ intelligi・qm̃ vmbra ſolet ex lumine ꝛ obiecto corpore formari. Cũ g̊ btã virgo tantę maieſtatꝭ lumẽ capere ñ poſſet eo ꝙ hõ pur⁹ eẽt・hãc altiſſimi virt⁹ obũbrauit・dũ ipſa lux incorporea diuinitatꝭ in ea corpus hũanitatis ſuſcepit ut eã pati poſſet. ¶ Hiero⁹ vbi ſ͞. Igit̃ angeloꝝ q̃uis natura ſit celſior・nõ tñ gr̃a maior. Nã ꝛ ipſi ne corruerẽt ſaluati ſunt gr̃a gratuita・ſicut ait ꝓpha: Verbo dñi cęli firmati ſũt ꝛc. Nã ſi ſpũ dei oĩs virtus eoꝝ ꝯſtat virginem glorioſã in quã ſupuenit ſpũſſãct⁹ ꝛ de⁹ tot⁹ illapſus portat̃ in vtero nouẽ menſibus ampliora virtutũ priuilegia ꝓmeruiſſe ꝛ gr̃am ab angelis collaudatã ꝑcepiſſe. Vñ ꝛ ſi mirabilis eoꝝ virt⁹ ꝛ firmitas ꝑpetuitatꝭ・mirabilior tñ ē ĩ Maria quã obũbrauit altiſſimi virtus・vt vltra omnem virtutem angelicã ſit qđ in ea factũ eſt. Ac etiã ꝑ h̃ angelis exinde gr̃a maior pręſtat̃ ab eo quẽ venerãt̃ ꝛ adorãt ſuꝑ ſe chriſtũ dñm ſuũ regẽ ex eadẽ virgine natum.

## ¶ De ſanctitate pueri naſcituri. Petrus epũs vbi ſupra. Cap XXXII

Ideoqȝ inquit ꝛ qđ naſcet̃ ex te ſctm̃ vocabit̃ fili⁹ dei. Nemo ſanctũ h̃ coĩter accipiat ſed illa ſingularitate q̃ cęleſtis exercitus clamat: ¶ Bern̄. vbi ſ͞. Sanct⁹ ſanctus ſanct⁹ dñs de⁹ ſabaoth. Ceteꝝ credo ꝙ nõ habuit q̃ ꝓprie noĩaret illud eximiũ・illud magnificũ・illud reuerẽdũ qđ de puriſſima virginis carne cum aĩa ſua vnigenito patris erat vniẽdũ. Nã ſi dixiſſet ſãcta caro vel ſctũs hõ vel ſctũs infans・parũ dixiſſe videret̃・poſuit igit̃ indefinite ſanctũ・qm̃ illud qđ virgo genuit ſingularit̃ ſanctũ fuit ꝛ ꝑ ſpũs ſanctificationẽ ꝛ ꝑ verbi aſſũptionẽ. ¶ Petr⁹ epũs vbi ſupra. Vex q̃ deo naſcendi neceſſitas fuit cui ſuppetit faciendi poteſtas・q2 naturã ipſam naſcendo refecit

quã operãdo fecerat · nimirũ quę facta
fuerat ut generaret ad vitã · ad mortẽ ge
nerabat. Per peccatuꝫ quippe naturale
vulnus acceperat ⁊ accepit eſſe mortꝭ ori-
go quę vitę initiũ erat. Hoc eſt negociũ
qđ naſci cõpulit chriſtũ · ut auctoris nati-
uitas daret naturę remediũ · ⁊ naturę cu
ratio eſſet viuificatio filioꝝ. Venit ergo
deꝰ ad virginẽ · opifex ad opus ſuũ · crea-
tor ad creaturã ut ſuã reparet facturam.
Et qđ in partu virginis agitᷣ · nõ creatoris
iniuria ſed creaturę ſalus eſſe ꝓbatᷣ. Nã
ſi deꝰ hoĩem fecit · qs arguet cur refecit · ⁊
qđ ex limo formaſſe creditᷣ dignũ · cur ex
carne reformaſſe indicatᷣ ĩdignũ? Quid
p̃cioſius caro aut limꝰ? Ergo reꝑatiõis
noſtrę q̃to p̃cioſior materia ⁊ maior eſt
gloria. Hieroꝰ vbi ſ̃. Igitᷣ qđ na
tura nõ habuit · vſus neſciuit · ratio igno
rauit · mens hũana nõ capit · cęlũ pauet ·
terra ſtupet · creatura oĩs etiã cęleſtis mi
ratur. Hoc totũ ẽ qđ ꝑ Gabrielẽ Ma-
rię diuinitꝰ nũciatᷣ ac ꝑ chriſtũ adimpletᷣ

## De anũciatione p̃curſoris iam cõcepti. Bern̄. vbi ſ̃.

### Cap XXXIII

Et ecce inq̄t Elizabeth
cognata tua ⁊ ipſa cõcepit filiũ
in ſenectute ſua. Quid neceſſe
fuit etiã huius ſterilis ꝯceptũ virgini nũ-
ciare? Nũq̇d forte adhuc dubiã ⁊ incre-
dulã oraculo recentiori voluit miraculo
cõfirmare? Abſit. Sꝫ hᷣ ideo dicitᷣ ut dũ
miraculo miraculũ additᷣ · gaudiũ gau-
dio cumuletᷣ. Neceſſe erat q̇ppe illã non
modico lęticię ⁊ amoris ꝑueniente inflã-
mari incẽdio quę filium p̃rnę dilectionis
mox erat ꝯceptura cũ ſpũſancti gaudio
Necqꝫ · n · niſi in deuotiſſimo ⁊ hylariſſi-
mo corde tãta ſe poterat dulcedĩs ⁊ ala-
critatis affluẽtia capere. Vel ideo cõce-
ptus Eliçabeth nũciatᷣ Marię · qꝛ ꝑfe-
cto decebat · ut ṽbũ mox diuulgandum
vbiqꝫ priꝰ ſciret virgo ꝑ angelũ q̃ꝫ audi-
ret ab hoĩe · ne videlicet dei mr̃a cõſilijs
filij videretᷣ amota · ſi eoꝝ q̃ in terris tã
ꝓpe gererentur remanſiſſet ignara. Vel
ideo potiꝰ ut dũ nũc ſaluatoris · nũc p̃cur-
ſoris aduẽtũ edocetᷣ. Maria reꝝ tẽpus ⁊
ordinẽ tenens ipſa meliꝰ poſtmodũ ſcri-
ptoribꝰ ⁊ p̃dicatoribꝰ euangelij reſeraret
veritatẽ q̃ plene de oĩbꝰ a p̃ncipio myſte-
rijs cęlitus eſſet inſtructa. Vel ideo ut
audiẽs cognatã ſuã vetulã ⁊ grauidam
cogitet iuuẽcula de illiꝰ obſequio · ſicqꝫ
paruulo ꝓphę adhuc paruulo dño offi-
cij ſui primitias offerẽdi detur occaſio:
fiatqꝫ mirabilius miraculuꝫ de miraculᷣ
dũ ad ſeinuicẽ cõcurrit matrẽ ⁊ infantiũ
ab alterutro excitata deuotio. Petrꝰ
epũs vbi ſ̃. Deniqꝫ mittitᷣ ad Eliça-
beth Maria virgo ad ſterilẽ · ad anũ iu-
uencula · ut ambę pio certamine ſumant
parit̃qꝫ ꝑcipiãt · altera de nouitate fidẽ
altera de neceſſitate virtutẽ.

## De expectatione virginei rñſi. Bern̄. ſuꝑ miſſus eſt.

### Cap XXXIIII

Audiſti virgo factuꝫ · au-
diſti ⁊ modum · vtrũqꝫ mirum ·
vtrũqꝫ iocundũ · ⁊ q̃m auditui
tuo datũ eſt gaudiũ ⁊ lęticia · audiamus
⁊ nos a te reſpõſum lęticię qđ deſidera-
mus ut iã exultẽt oſſa humiliata. Expe-
ctat angelus reſpõſũ tuũ · expectamus ⁊
nos verbũ miſerationis · q̊s miſerabilitᷣ
p̃mit ſnĩa dãnatiõis · ⁊ ecce offertᷣ tibi p̃-
cium nrę ſalutis ſtatimqꝫ liberamᷣ ſi con-
ſentis. Hoc flebilis Adã cũ miſera ſobo-
le a te ſupplicat · hᷣ Abraam · hᷣ Dauid ·
⁊ ſãcti prẽs q̇ habitãt in regione vmbrę
mortis · hᷣ totus mũdus tuis genibꝰ ꝓuo-
lutus expectat · q̃m ex ore tuo pẽdet cõſo-
latio miſeroꝝ · redẽptio captiuoꝝ · libera-
tio dãnatoꝝ. Augꝰ vbi ſ̃. O bea-
ta Maria tuũ omne ſęculũ deprecatᷣ aſ-
ſenſum ⁊ expetit · te fidei ſuę mũdus obſi-
dem fecit. Noli virgo morari nũcio feſti-
nanti rñde verbum ⁊ ſuſcipe verbũ: Re-
cole virginẽ in Eſaię libro quã pariturã
legiſti · gaude ⁊ exulta qꝛ tu illa eſſe meru-
iſti. Paries quidẽ filiũ ⁊ virginitatis nõ

patieris detrimentū· efficieris grauida ⁊
eris mr̄ ſemꝑ intacta. Paries aūt non
meriti cuiuſlibet hoīem· ſ3 totius ſeculi
ſaluatorē. ¶ Bern̄. vbi s̄. Da itaqꝫ
virgo reſpōſū· reſpōde verbū· qđ t̄ra· qđ
inferi· qđ expectāt ⁊ ſuperi. Ipſe q̄3 rex
oīuʒ ⁊ dn̄s q̄ꝫtū ꝯcupiuit decorē tuū· tm̄
deſiderat ⁊ reſpōſionis aſſenſū in q̄ ꝓpo
ſuit ſaluare mūdū· ⁊ cui placuiſti in ſilen
tio· iam magiſ ei placebis ex v̄bo cū ipſe
tibi clamat e celo. O pulcra int̄ mulieres
fac me audire vocē tuā: R̄n̄de verbū et
ſuſcipe verbū. Profer tuū ⁊ cōcipe diui
num. Si grata in ſilentio verecūda· nūc
tn̄ magis in v̄bo pietas neceſſaria. Ape
ri cor fidei labia cōfeſſioni· viſcera creato
ri. Ecce deſideratus cūctis gentibꝫ foris
pulſat ad oſtiū: ſurge curre aperi.

## ¶ De excellenti eiuſdeʒ virginis hūilitate. Petrus epūs vbi s̄. Cap XXXV

Ecce iquit ancilla domi
ni: Ecce quā vocauit angelꝰ do
minā· ipſa ſe cognoſcit ⁊ ꝯfitet̄
ancillā· q̄r deuotus aīmꝰ infulis bn̄ficio
rum ad obſequiū creſcit· auget̄ ad grām
nō ad ſupbiā ꝓtumeſcit· nō ad arrogan
tiā proſilit. ¶ Bern̄· vbi s̄. Ecce inq̄t
ancilla dn̄i: humilitas rn̄detur· ut ſedes
gr̄e ꝑparet̄. Et eſt hec hūilitas tā ſubli
mis que honori cedere nō nouit· inſole
ſcere gloria neſcit· dei mater eligit̄ ⁊ an
cillā ſe nominat. Nō magnū eſt hūilem
eſſe in abiectione· magna v̄o prorſus et
mira virtus hūilitas honorata. Si me
miſeꝝ homuntionē meis decepta ſimula
tionibꝫ ad aliquē vel mediocrē honorē
ꝓuexerit eccleſia deo nimirū ſ3 ꝑmittēte
vel ꝓpter mea vel ꝓpter ſubditoꝝ pecca
ta· nōne ſtatim oblitꝰ qui fuerim talē me
puto qualis ab hoībꝫ q̄ cor nō vidēt pu
tatꝰ ſū· fame credo q̄r cōſcientiā nō atten
do· reputāſqꝫ nō honorē virtutibꝫ· ſ3 vir
tutes honori eo ſanctiorē· q̄ ſuperiorē me
eſtimo. At illa q̄ dei mater eligebat̄ hūi
litatē nō obliuiſcebat̄: Ecce inq̄t ancilla
dn̄i. Idē i ſermone. de aſſūptio
ne. Tāte v̄o hūilitati· tāta quoqꝫ fidei
magnanimitas in ſecretario virginei cor
dis acceſſit ut iſte due virtutes ī ea fierēt
ex mutuo reſpectu clariores· q̄r videlicet
nec hūilitas tāta minuit magnanimita
tem· nec tāta magnanimitas hūilitatem
ut in eſtimatiōe ſua tā eſſet hūilis ⁊ nihi
lominꝰ ī ꝓmiſſionis credulitate magna
nimis· ⁊ que nihil aliud q̄ꝫ exiguā ſe repu
tabat ancillā· ad hoc tn̄ incōprehēſibile
myſteriū nullatenꝰ dubitaret electā· ſi ve
ram dei ſe ⁊ hoīs genitricē crederet mox
futurā. Agit ſ3 nimiꝝ in cordibꝫ electorū
diuine gr̄e prerogatiua· ut eos nec hūili
tas puſillanimes nec magnanimitas fa
ciat arrogantes.

## ¶ De ipſius deo cōſentanea peti tione. Idē ſuꝑ miſſus ē omel. iiij. Cap XXXVI

Ait ergo: fiat mihi ſecun
dum verbū tuū. Vult a ſe req̄
ri deus etiā que ꝓmittit· ⁊ ideo
forte multa prius pollicet̄ q̄ dare diſpo
ſuit· ut ex ꝓmiſſiōe deuotio excitet̄· ſicqꝫ
qđ gratis daturꝰ erat· oratio deuota ꝓ
mereat̄. Sic pius dn̄s merita nobis ex
torquet a nobis· ⁊ dū nos ꝑuenit tribuē
do qđ retribuat gratis agit ne grat̄ tri
buat. Hec virgo prudēs intellexit qn̄ ꝑ
uenienti ſe muneri gratuite promiſſionis
iunxit meritū ſue orationis: Fiat iquiēs
mihi de verbo ſ̄m verbū tuū. Verbum
qđ erat in ꝑncipio apud deū fiat caro de
carne mea ſ̄m verbū tuū. Fiat obſecro
mihi verbū nō prolatū ut trāſeat· ſ3 ꝯce
ptuʒ ut maneat carne· ſ· indutū nō aere.
Fiat mihi nō tm̄ audibile auribꝫ· ſ3 ⁊ vi
ſibile oculis· palpabile manibꝫ· geſtabile
humeris. Fiat mihi non mutis figuris in
pellibꝫ mortuis exaratū· ſed in humana
forma meis caſtis viſceribꝫ viuaciter im
preſſum· ⁊ hoc nō mortui calami depun
ctione· ſed ſpūſſancti operatione. Fiat

inqt mihi verbū eo modo quo nulli añ me factū ē·nec poſt me faciēdū eſt. Multipharie quidē multiſq3 modis olim de⁹ locutus eſt p̄rib⁹ in ꝓphetis· 7 alijs qdē in aure·alijs in ore·alijs etiā in manu factum eſt·mihi aūt oro ut fiat 7 in vtero. Nolo ut mihi fiat aut declamatorie p̄dicatū·aut figuralit̄ ſignatū·aut imaginarie ſomniatū·ſed ſilenter inſpiratū·pſonaliter incarnatū·corpaliter inuiſceratum. Verbū igit̄ qd nec poterat nec indigebat fieri·dignet̄ ī me 7 mihi fieri. Fiat quidē omni mūdo generaliter ſ; mihi fiat ſm verbū tuum ſpecialiter.

## De angeli reuerſiōe 7 virginis impregnatione. Petrus epūs vbi ſupra. Cap XXXVII

Ecce audiſtis fratres angelū cū muliere tractantē hoīs reparationē ut eiſdē curſib⁹ hō rediret ad vitam·quib⁹ dilapſus fuerat ad mortē. Agit angel⁹ de ſalute cū Maria·qz cū Eua angelus egerat de ruina. Audiſtis angelū de limo nr̄e carnis arte cōſtruentē ineffabili templū diuine maieſtatꝭ. Audiſtis ī terris deū·in celis hoīez incōprehēſibili ſacramēto collocari. Audiſtis inaudita ratione in vno corpe deum hominēq3 miſceri. Audiſtis fragilē noſtre carnis naturā ad portandā totā gloriam deitatis angelica exhortatione roborari. Aug⁹ vbi ſ. Vt igit̄ illa pmiſſū immane ſaluo pudore cōplendū placita mēte concepit. 7 virgineo ſic ore ſermonē hūilitatis·ſ·7 obedientie reddidit·mox angel⁹ ardua celi letiore curſu petijt 7 añ patris eterni ſoliū pfectis myſterijs exultauit. Nec mora dū ſereni ſemine celi clauſus vter⁹ tumuit·dū occultum ſermonē p venas fidei ſecretis viſceribus infudit. Intra virginē ſpūs verſatur mēbra format·intra penetralia ſacra corpus aīat. In illa breuitate menſuras tēpoꝝ deus patit̄ magnos inter paruos eſſe dignat̄·ſed cōſtitutus in paruo non decreuit in magno. Petr⁹ epūs vbi ſ. Hoc eſt qd virgini nūciatū erat per angelū: Inueniſti gratiā apud deū. Nā vtiq3 qd erat in principio apud deū intra ſe virgo verbū reperit. Factaq3 eſt magnū deitatꝭ templum· 7 puſillū erat humanitatis hoſpitiū· 7 quē non capiebat puſillitas humani corpis· magnitudo cepit meriti virginalis. Idem. Quātus aūt ſit deus ignorat ille ſatis qui nō mirat̄ animū huius virginis·celū pauet·tremūt angeli·creatura non ſuſtinet·natura nō ſufficit 7 vna puella ſic deum in ſui pectoris hoſpitio capit·recipit 7 oblectat·ut terris pacē·celis gloriā·ſalutē perditis·vitā mortuis·terrenis cū celeſtib⁹ parentelā·ipſius dei cū carne cōmertiū p penſione dom⁹ exigat·p vteri mercede cōquirat· illudq3 ꝓpheticū impleat: Ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Que eteni verbo credit·merito verbū cōcipit 7 ad totā rem puenit· que ſecreto auditu fidei cōſentit. Utrum ergo peccat hereticus qui poſt cauſā nō credit cū hāc añ cauſā credidiſſe ꝯſpicit.

## De verbi patris incarnatione Bern. ī ſermo. d natiuitate bte Marie. Cap XXXVIII

Dies itaq3 diei verbum eructauit dū Maria verbū de patrꝭ corde ſuſcepit. Nā vtiq3 pater nomē habet diei·ſiquidē ex die dies ſalutare dei·ſ; 7 virgo plane dies rutilans que pcedit ſicut aurora cōſurgens. Fons aūt ſapiētie verbū patris in excelſis qd virgine mediante ſuſcepit naturā hominis. Erat quippe verbū apud deū in principio iam quidē ſcaturiens fons· ſed interim tm̄ in ſemetipſo. Et dicebat dñs ab initio: Ego cogito cogitationes pacis 7 non afflictionis. Sed quis ſenſum dñi cognouerat? aut quis cōſiliari⁹ ei⁹ erat: Ergo penes ipſū cogitatio ſua latebat. Deſcendit itaq3 cogitatio pacꝭ in opus pacis·dū verbū caro factum eſt

⁊ habitat iam in nobis. Habitat plane
vrbū iſtud in cordibꝫ nr̄is ꝑ fidē. Habi
tat in memoria·in cogitatione noſtra ·et
vſqꝫ ad ipſam deſcēdit imaginationem·
Quid·n·prius hō de deo cogitaret niſi
forſitan idolū corde ſacrificaret? Nunc
aūt compꝛehēdi voluit · videri cogitari
Quonam modo? In ꝑſepio iacēs·ī vir
ginali gremio cubās·in mōte ꝑdicās ·in
oratione ꝑnoctās· aut in cruce pendēs·
in morte pallens·inter mortuos liber ·et
in inferno imperās·ſeu etiā tr̄tia die reſur
gens·⁊ aplis loca clauoꝝ·victorie ſigna
demōſtrās ·nouiſſime xp̄o corā eis celi ſe
creta cōſcendēs. Quid hoꝝ·nō vere·nō
pie· nō ſancte cogitat? quicq̄d hoꝝ cogi
to deū cogito·⁊ ꝑ oīa ipſe eſt deus meꝰ.

**Aug^9 de doctrina chriſtiana li.j.** Sicut aūt cū loquim̄ ut id qd̄ aio
gerimus in animū audiētis ꝑ aures car
neas illabat̄ fit ſonus vrbū qd̄ ī corde
geſtamꝰ·⁊ locutio vocat̄· nō tn̄ in eū ſo
num cogitatio noſtra cōuertit̄·ſed apud
ſe manēs integra formā vocis qua ſe in
ſinuet auribꝫ aſſumit ſine aliqua labe ſue
mutationis·ita vrbū dei nō cōmutatū
caro tū factū eſt· ut habitaret in nobis.
Itaqꝫ corrupto aīo femine ingreſſus eſt
morbꝫ·⁊ ītegro aīo femine ꝓceſſit ſalus.

## De tanti bn̄ficij grata valde recordatione. Bern. in ſermo. de pentecoſ. Cap XXXIX

Ampliſſima ꝓrſus nunc
mihi ſuppetit materia ⁊ maloꝝ
meoꝝ ⁊ bonoꝝ dn̄i mei que ſūt
ineffabilia. Ut aūt breui verbo cūcludā
oīa·vrbo incarnato dei ſapiētia in om
ni ſua copia·nihil vn̄ redimeret nos īue
nire potuit melius. Sed ⁊ mala circūde
derant nos quoꝝ nō erat numerꝰ. Miſ
ſus erat a diabolo coluber tortuoſus·ut
venenū ꝑ aurē mulieris in eiꝰ mentē trāſ
funderet·⁊ ſic in totius poſteritat[is] origi
nem refunderet. Miſſus eſt iterum a deo
Gabriel angelus ut vrbū patris ꝑ aurē
virginis ī ventrē ipſius eructaret ·ut ea
dem via qua venenū intrauerat·antido
tum intraret. **Bern̄. in ſermone quodā.** Eramꝰ ꝗ iā nō quaſi in incer
tum·ꝓfecto ·n· tale eſt erga nos cor dei
pr̄is·quale nobis expreſſit q̄ de eiꝰ corde
ꝓceſſit. **Idem in ſer. de pente.** Vidimus q̄ppe gloriā eiꝰ quaſi vnigeni
ti a patre·qꝛ totū paternū ·totum dulce
q̄cq̄d nob̄ de pr̄is attulit corde. **Idē in ſermo. de natiui. btē Marie** Curandū eſt aūt nobis ſūmope ne ver
bum ipſū qd̄ de ore patris ad nos egreſ
ſum eſt virgine mediāte vacuū reuertat̄·
ſed ꝑ eandē virginē nihilominus gratiā
ꝓ gratia referamꝰ. Eructemꝰ memoriam
donec ſuſpiramꝰ ꝑſentiā ⁊ origini ſue flu
enta gratie reddāt̄·ut iteꝝ fluāt. Alioq̄n
ſi nō ad fontē redeāt exiccāt̄·⁊ infideles ī
modico qd̄ maximū eſt accipere nō me
remur. Modicū ad ꝑn̄tiā plane mēoria
modicū ad id quod cupimꝰ· magnū ad
id qd̄ merem̄·longe quidē infra deſideri
um·ſed nihilominꝰ ſupra meritū. **Idē in ſermo. de natiui. dn̄i.** O duri
cia cordis mei·vtinā dn̄e ſicut vrbū ca
ro factū eſt·ſic ⁊ cor meū carneum fieret·
Siquidē ⁊ h̄ ꝑ ꝓphām pollicitꝰ es: Au
ferā inq̄t a vobis cor lapideū ⁊ dabo vo
bis cor carneum.

## De tota incarnati verbi diſpēſatione. Idem in ſermo. de pētecoſ. Cap XL.

Placebit ne tibi domine
Ieſu ut dones mihi vitā tuam
ſicut donaſti cōceptionē? Nō
ſolū enī ꝯceptio nr̄a īmūda ſed ⁊ vita ꝑ
uerſa·mors periculoſa. Nō ſolū ait con
ceptionē ſed ⁊ vitā meā ꝑ ſingulos eta
tum gradus tibi donabo· mortē quoqꝫ
reſurrectionē aſcēſionē adijciēs ⁊ ſpiri
tuſſancti miſſionē ut cōceptio mea emū
det tuā·⁊ vita mea inſtruat tuam· mors
mea deſtruat tuā·reſurrectio mea p̄ece
dat tuā·aſcēſio mea ꝑparet tuā. Porro

ſpūs adiuuet infirmitatē tuā. Sic enim plane videb ⁊ viā ꝑ quā ambules ⁊ cautelam qua ambules ⁊ ad quam manſionem ambules. In vita mea cognoſces vitam tuā. In morte mea tibi dabo iuſticiam meā· ⁊ his cōpletis reuertar ī domū. Ne aūt de abſentia mea murmures aut cōtriſteris· mittā tibi paraclytū qui tibi donet pignus ſalutis robur vite· lumen ſciētie. Hoc itaqꝫ prīs verbū in ſublimi ꝯſtitutū· ut ad nos deſcēderet ꝓpria benignitas inuitauit· miſericordia traxit· veritas qua ſe venturꝫ ꝑmiſit compulit· puritas vteri virginal' ſuſcepit· ſalua virginis integritate potētia eduxit· in oībus obediētia deduxit· patiētia vero armauit· charitas verbis ⁊ miraculis manifeſtauit. ¶ Chryſoſto. in ſermo. de natiuitate ſancti Johannis. Itaqꝫ viij· kalēdas aprilis conceptꝰ eſt dn̄s· qui dies futurus erat ⁊ paſſionis eiꝰ In eadē etenī die paſſus eſt in qua ⁊ cōceptus eſt.

## ¶ Qualiter virgo cōcepit de ſpū ſancto. Hugo de ꝑpetua virginitate btē Marię. Cap XLI

Ceterū in parētibꝰ carnaliter generātibꝫ vtrobiqꝫ quidē natura ſbam miſtrat partui creando· ut ex vtriuſqꝫ carne ꝓcedat ꝗ ſolū in vniꝰ carne formāda eſt caro. Hoc tn̄ naturę debitū ita ꝑſus abſqꝫ vlla neceſſitate vl' coactiōe reqrit' ut niſi ſpōte ⁊ ſola dilectiōe ad tribuēdū id nō inclinetur Sane qcq̇d nolēti violēt' abripit' ad effectū huiꝰ ꝑſus incōgruū ⁊ inefficax inuenit'. Sola ḡ dilectio ē ꝗ naturę ad partū ſeminādū ꝑſuadere pōt. Semē q̇dē a ſola muliere formādū ꝯcipit' qđ ſil' a viro ⁊ muliere ſeminat'· ⁊ hꝫ ī muliere ꝑ amorē viri· ⁊ ī viro ꝑ amorē mulierꝫ opari natura ſolet· quā ī altero tm̄ ſibi ſufficere nō valet· ꝓpt' hꝫ etiā mulier a ſolo viro ꝯcipere dicit'· licet tā de ſe ꝗꝫ de viro accipiat vn̄ fecūdat'· qm̄ id qđ ꝯcipit in altero quidē de carne viri ſumit'· ī altero vo ꝑ amorē viri miniſtrat'. Cōcepit ḡ Maria de ſpirituſancto· nō ꝙ de ſpūſſācti ſubſtantia ſemē partꝰ acceperit· ſꝫ qꝛ ꝑ amorē ⁊ opatione ſpūſſancti ex carne ꝟginis· diuino partui natura ſubſtantiam miniſtrabat Quia· n· in corde ipſiꝰ amor ſpūſſancti ſingulariter ardebat: ideo in eiꝰ carne virtus ſpūſſācti miracula faciebat. Et cuiꝰ dilectio in eiꝰ corde nō ſuſcepit ſociū· eiꝰ opatio in illiꝰ carne nō habebat exēplū. Hoc igit' ſolū virgo cōcepit· qđ de ſua carne ꝑ amorē ⁊ opationē ſpūſſācti accepit· de q̊ ⁊ ſolo ſine viril' admixtione ſeminis filiū genuit. Nō ergo libido carnis in ꝟgine ꝯceptionē opata eſt· ꝗ nec de carne viri ſemē accepit· nec de ſua carne ꝑ amorē viri ſꝫ ꝑ amorē ⁊ opationem ſpūſſācti ꝯcepit. Nec ipſe ſpūſſāctꝰ ideo pr' chriſti dicēdus ē· qꝛ ſic dictū ē· nec de ſua eſſētia ſemē partꝰ ꝟgini tribuit· ſed ipſi de carne ꝓpria ꝟgini ꝑ amorē ſuum atqꝫ ꝟtutē ſubſtātiā miniſtrauit.

## ¶ Qual'r filiꝰ ex ea ſibi carnē aſſūpſit. Petrꝰ epūs vbi ſ̄. Cap XLII

Hoc ineffabile ſacramentum cōceptionis dn̄icę credere magis conuenit ꝗꝫ referre. Nā qđ natura nō habet vſus neſcit· ignorat ratio· mēs nō ſapit· cęlū pauet· terra ſtupet· creatura mirat'· qualit' humanus ſermo narrabit? Deniqꝫ cōceptum ꝟginis euāgeliſta ſicut hūano ſermone pandit· ſic arcano diuīo claudit ut hōi qđ iuſſus eſt credere diſcutere nō ꝓſumat. Quis enī attingeret arcanū deitatꝭ· partū virginis· cauſā rex· ſeculoꝝ negociū· diuinitatis ⁊ carnis commerciū· hoīem deum. Augꝰ ad voluſianum. Ipſa ſiqdē diuinitas animā ſibi rationalē ac ꝑ eandem corpꝰ hūanū totūqꝫ hoīeꝫ ī meliꝰ cōmutādū nullatenꝰ ī deteriꝰ mutata coaptauit hūanitatis nomē ab eo dignāt' aſſumēs ⁊ diuinitatꝭ ei largiter tribuens.

Homo itaqꝫ deo acceſſit·non deus a
ſe receſſit ¶ Idem contra Felicia
num. Nõ igit̃ ad Mariã locali motu
diuinitas venit· ſꝫ ineffabili potẽtię ſuę
manifeſtatione ⁊ vteꝝ mr̃is gignẽdꝰ im-
pleuit· ⁊ qd̃ totũ eſt ſubſtantię ſe plenitu
dine nõ priuauit. Ingreſſus eſt vteꝝ vir
ginis dei filiꝰ·ut iteꝝ naſceret̃ ante iã ge-
nitus·nõ diſſimilis genitori cũ naſceret̃
ex ęterno ꝑpetuꝰ·nõ diſſimilis hoĩ cũ na
ſceret̃ ex mr̃e morituꝛꝰ. Idẽ tñ ⁊ ęternus
in ſuo ⁊ morituꝛꝰ in nr̃o·dũ vtrũqꝫ cõti-
net ex ſeipſo· neutrumqꝫ ꝑdit ex altero·
vno mortẽ guſtauit·altero mortuos ſu-
ſcitauit·ſicqꝫ deũ ⁊ hoĩem verꝰ vtriuſqꝫ
mediatoꝛ nec geminata ꝑſona·nec ſub-
ſtãtia cõfuſa monſtrauit.

## ¶ Qualiter ut pluuia in vellꝰ dẽ-
## ſcẽdit. Bern̄. ſuꝑ miſſus ẽ omel
## ij. Cap XLIII

Deſcendit aũt in vterum
virginis dei filiꝰ ſicut pluuia in
vellus·qꝛ diſtillãtibꝫ cęlis illa-
pſu placido tota ſe infudit vnda diuini-
tatis. ¶ Petrꝰ epũs vbi ſ̃. Ille inqꝫ
cęleſtis imber illapſu placido ſe virgine-
um in vellꝰ effudit·totaqꝫ diuinitatꝭ vn-
da bibulo ſe nr̃ę carnis in vellere celauit
donec patibulo crucis preſſa tris oĩbꝫ ſa-
lutis pluuiã effũderet·ac vitalibꝫ partita
ſtillicidijs tꝑe fidei germina irrigaret.
¶ Ambroꝰ in ſermo. de natiui.
dñi. Recte nãqꝫ ſicut iã ſuperꝰ dictũ
eſt Maria velleri cõꝑat̃ quę dñm ita cõ-
cepit ut eũ toto hauriret corꝑe· nec eiuſ-
dem corꝑis ſciſſurã pateret̃·ſed eſſet mol
lis ad obſequiũ·ſolida ad ſanctimoniũ.
Plane Maria vellꝰ de cuiꝰ molli ſinu
egreſſus ẽ agnꝰ. ¶ Augꝰ in enchiri-
dion. Sic ꝗ filiꝰ dei naturã aſſũpſit hu
manã ab oĩ peccati nexu oĩo liberã qua-
lem de ꝟgine naſci oportebat quã fides
mr̃is nõ libido ꝯceperat·ꝗ ſi ꝑ naſcẽtẽ
corrũperet̃·nõ iã illũ de ꝟgine natuꝫ ec-
cleſia cõfiteret̃·ꝗ matrẽ eiꝰ imitãs quoti
die mẽbra ipſiꝰ parit ⁊ virgo exiſtit. Cũ
igit̃ dei filius eſſet vnicꝰ nõ gratia ſꝫ na-
tura·factus eſt filiꝰ hoĩs ut eſſet etiã ple-
nus gr̃a. Et vñ naturę hũanę tãta gl̃ia
null̃ ꝓcedẽtibꝫ meritꝭ ſine dubio gratuita
niſi ut intelligerẽt hoĩes a peccatꝭ ſe iuſti
ficari ꝑ eandẽ ipſiꝰ gr̃am·ꝑ quã factum
eſt ut hõ chriſtꝰ nullã poſſet hr̃e culpam.
Hinc ⁊ angelus vocat illiꝰ matrẽ gratia
plenã·⁊ paulo poſt nũciat apud deum
inueniſſe gratiam· proinde modus iſte ꝗ
natꝰ eſt de ſpũſancto nõ ut filiꝰ·de ꝟgi-
ne vero ut filius gratiã dei nobis inſinu
at·qua hõ nullis ꝓcedentibꝰ meritꝭ in ip-
ſo exordio naturę ſuę quo cepit eſſe ꝟbo
dei copularet̃ in tantã vnitatẽ ꝑſonę·vt
idẽ filius dei qui ⁊ filius hoĩs eſſet·ac ſi
in ipſa naturę ſuſceptione ipſa gr̃a quo-
dãmodo naturalis illi hoĩ fieret ꝗ nullũ
peccatũ admittere poſſet. Quę videlicet
gratia idcirco ſignificãda fuerat ꝑ ſpiri-
tũſanctũ·qꝛ ſpũſſanctus ipſe ꝓprie ſic eſt
deus ut etiã dei dicat̃ donum

## ¶ Q etiã in vtero virginis ocio-
## ſus non fuit. Idem in ſermo. de
## pente. Cap XLIIII

A Planta quidem pedis
vſqꝫ ad verticem non erat ĩ no-
bis ſanitas. Erraueramus ab
vtero damnati anteqꝫ̃ nati·quia de pec-
cato ⁊ in peccato concepti. Ibi ergo pri-
mam medicinam chriſtus appoſuit·vbi
primus locus vulneri patuit ⁊ vtero vir
ginis ſubſtantialiter illapſus de ſpũſan-
cto conceptus eſt vt noſtram conceptio-
nem ipſe mundaret·quã ſpiritus malus
⁊ ſi non fecerat tamen infecerat· ut etiam
in vtero vita eius ocioſa non eſſet dum
nouem menſibus antiquum vulnus pur
garet·ſcrutans putredinem virulentam
vſqꝫ ad viuũ·ut ſanitas ſempiterna ſuc
cederet. Tunc iam operabatur ſalutem
in medio terrę videlicet in vtero virginiſ
Marię·ad quam ſicut ad mediũ·ſicut
ad cauſaꝫ rerũ·ſicut ad negociũ ſeculoꝝ

reſpiciũt· ⁊ qui habitãt in celo ⁊ qui in in-
ferno· ⁊ qui nos ꝓceſſerũt· ⁊ nos q̄ ſum⁹·
⁊ qui ſequẽt· ⁊ nati natoꝝ· ⁊ qui ab illis
naſcẽt· qui in celo ſũt vt reſtaurẽt· qui in
inferno ut eripiãtur· qui ꝓceſſerũt ut pro
phete fideles inueniant: ⁊ qui ſequẽt ut
glorificẽtur: Idcirco btãm te dicẽt oẽs
generatiões ·genitrix dei ·dña mũdi ·re-
gina celi· que generationibꝫ cũctis vitaꝫ
⁊ gloriã genuiſti. In te repperiãt angeli
leticiã· iuſti gloriã· peccatores veniã. In
te oculi totius creature merito reſpiciũt·
qm̃ in te ⁊ de te ⁊ ꝑ te benigna man⁹ om-
nipotentiſ q̇cquid creauerat recreauit.

## Qualiter illic ſeipſũ inter lilia pauit. Hildefonſus Toletan⁹ epũs. Cap XLV

Vere aluus ille tornatiliſ fuit· q2 in eo ſapiẽtia ſe influxit· que in crathere vinũ ſuũ miſcu-
it. In quo· i· vtero virginis ⁊ aceruũ tri-
tici · ⁊ flores liliꝫ chriſti gr̃a germinauit ·
q2 chriſtus ⁊ aceruus tritici ⁊ liliũ fuit.

Bern. i ſermo· de natiuitate btẽ Marie. Deniqꝫ qui nũc etiã int̃ lilia
paſcit apud Mariã vtiqꝫ copioſi⁹ ꝓ li-
lioꝝ multitudine paſcebat. An non lilia
ſũt dec⁹ virginitatiſ inſigne hũilitatis ſu-
pereminẽtia charitatiſ: Merito ꝓinde ca
nit dilect⁹: Sicut liliũ inq̇t int̃ ſpinaſ· ſic
amica mea int̃ filias. An nõ inter ſpinas
erat q̇ dicebat: Cũ his q̇ oderũt pacẽ· erã
pacific⁹. Ceteꝝ ⁊ ſi iuſt⁹ ut liliũ germinet
ꝫ nõ ad liliũ ut ſpõſus paſcit· nec ſingula
ritate ſibi cõplacet. Audi deniqꝫ int̃ lilia
cõmorãtẽ: Ubi inq̇t duo vel tres ꝯgre-
gati fuerĩt in noĩe meo in medio illoꝝ ſũ.
Amat ſemꝑ media Ieſus diũticula· ſeꝑ
⁊ reclinatoria reprobat mediator dei et
hoĩs fili⁹. Curem⁹ itaqꝫ frẽſ extirpare ſpi
nas ac lilia inſerere· ſi forte dilect⁹ ad noſ
dignet paſcẽd⁹ deſcẽdere. Erũt tñ ⁊ i no
bis lilia ſic in Maria q̄ꝫq̄ꝫ inferiora val-
de. Si quidẽ gr̃aꝝ actionẽ deuotionis
hilaritas illuſtrauerit· orationẽ intẽtioĩſ
puritas cãdidauerit· cõfeſſionẽ indulgẽ-
tia dealbauerit. Ceteꝝ q̇cq̇d illud eſt qđ
deo paras offerre gratiſſimis illis Ma-
rie manibꝫ trade. Nimiꝝ cãdidiſſima q̄-
daꝫ lilia ſũt ·nec cauſabit ille lilioꝝ ama
tor inter lilia nõ inuẽtũ q̇cq̇d illud ſit qđ
inter Marie manus inuenerit.

## Qualiter Maria virũ circũdedit in vtero. Hiero⁹ ſuꝑ Hieremiam li. vj. Cap XLVI

Videam⁹ nũc iterũ illud Hieremie vaticiniũ· qm̃ inq̇t fe
mina circũdabit virũ· i· Maria
chriſtũ gremio vteri ſui· videlicet abſqꝫ
coitu vel ſemine viri. Qui iux̄ incremẽta
quidẽ etatiſ· ꝑ vagit⁹ ⁊ infãtiã ꝓficere ſa-
piẽtia ⁊ etate videbit· ꝫ vir ꝑfect⁹ in ven
tre femineo ſolitiſ mẽſibꝫ ꝯtinebit. Bern.
ſuꝑ miſſus eſt omel. ij. Hãc noui
tatẽ ut iã ſuperi⁹ dixim⁹ in Maria fecit
dñs· ut· ſ· femina viꝝ circũdaret· ⁊ vir intra
vni⁹ corpuſculi mẽbra ſe cohiberet. Ibi
agnoſcit lõgitudo breuis· latitudo angu
ſta· altitudo ſubdita· profũditas plana
Ibi q̊ꝫ agnoſcit lux nõ lucẽs· ꝟbũ infãs
aqua ſitiẽs· panis eſuriẽs. Videas etiã
in eo ſi attẽdas potẽtiã regi· ſapiẽtiã in-
ſtrui· ꝟtutẽ ſuſtẽtari· deũ deniqꝫ lactẽtẽ
ꝫ angelos reficiẽtẽ· vagiẽtẽ ꝫ miſeros cõ
ſolãtẽ· videas triſtari leticiã· pauere fidu
ciã· fortitudinẽ infirmari· ſalutẽ pati· vi-
tam mori. Quodqꝫ nõ min⁹ mirãdũ eſt ibi
cernit ipſa triſticia letificãs· pauor ꝯfor-
tans· infirmitas roborãs· paſſio ſaluans
morſqꝫ viuificãs. Nũq̇d nõ facile tibi ẽ
inter hec feminã agnoſcere virũ circũdã-
tem· cum Mariam videas virum appro
batum a deo Ieſum vtero ſuo circũple-
ctentem: Vir enim erat Ieſus necdum
etiam nat⁹ ſed ſapiẽtia nõ etate· nec cor-
poris ꝫ animi vigore. In illa nãqꝫ pleni-
tudine ſpũs quã in ſui ꝯceptiõe accepit·
ſemꝑ abſqꝫ diminutione vel abiectione
ꝑmãſit. Et tamen ut ſcriptũ eſt· ſapiẽtia
⁊ gratia proficiebat dum eam qua ſem-
per plenus erat· nunc plus nunc minus

oſtētabat: ꝓut cernentiū meritꝭ ↄgruere vel expedire ſciebat. Virū ergo dixerim Jeſum· nō ſolū cū iam diceret̃ vir ꝓpha potēs in ope ⁊ ſermone· ſ etiā cū adhuc tenera infantię mēbra virgo mater blando· vel foueret in gremio· vel geſtaret in vtero. Virū inqꝫ maturitate ſenſuū nō corpulētia mēbroꝝ· nec vigore corporis ſed mentis.

## Qualiter hoſpitiū dei ⁊ porta clauſa ⁊ hortus concluſus fuit. Cap XLVII

Cur deniqꝫ dubitarē virum fuiſſe ī vtero quē inibi deū fuiſſe nō ambigo? Hiero⁹ ſup pſ. xvij. Hinc iteꝝ ſcriptū ē: In circuitu ei⁹ tabernaculū ei⁹· chriſtus enī in Maria velut in thalamo ſpōſus· ⁊ qſi tabernaculū eius fuit Marię corpus.

Odilo cluniaceñ. Vñ cōgrue videtur eſſe a patrib⁹ ſancitū ut ī memoria dei genitricis illa recitet̃ euāgelica lectio q̄ narrat illas duas mēte ⁊ carne ſorores dñm Jeſū excepiſſe hoſpitio. Cui nāqꝫ illa in mūdū venīēti ꝑparauit tēplū cęleſti virtute ſacratū· ac ꝑpetuę virginitati dedicatū. Huic iſte tēporalis habitationis ꝑparauerūt domū ⁊ ſinceriſſime charitatis ꝑbuerūt obſequiū. Hiero⁹ in ſermone de aſſūptiōe. Vere nouū ⁊ omniū ſupeminēs nouitatū· qñ de⁹ virtutū quē mūd⁹ nō pōt ferre nec videre aliqs itaqꝫ ut viuere poſſit, ſic ingreſſus eſt hoſpitiū ventris ut neſcirent clauſtra corporis· ſicqꝫ geſtat⁹ eſt ut tot⁹ in eo deus eſſet· ⁊ ſic inde exiuit ut oīo porta ſicut fatetur Ezechiel clauſa eſſet.

Aug⁹ in ſermo de annūciatiōe. Quid eſt· n· hō nō trāſiet p eā niſi qꝛ Joſeph nō cognoſcet eā? Et q̄d eſt dñs ſolus intrabit ⁊ egrediet̃ p eā· niſi ſpūſſanctus impregnabit eā· ⁊ angeloꝝ dñs naſcetur p eā? Et q̄d ē clauſa erit in ęternū niſi qꝛ Maria virgo eſt ante partū· virgo in partu· ⁊ virgo poſt partū. Dicat ergo Maria: Illa facta ſū ianua clauſa p q̄ oſtia paruus ad ſuos crucifixores ingreſſus eſt· qui ad diſcipulos clauſo oſtio cęnaculi ut deus ingreſſus eſt· qui nat⁹ ex ventre meo· me matrē dimiſit intactam. Adīpleuit ventrē meū diuinitate ⁊ vteꝝ meū nō euacuauit caſtitate. Exiuit e ventre meo curſu gigāteo magnific⁹· ⁊ venter meus nō eſt pudore euacuatus. Nec cōceptiōe inuēta ſū ſine pudore· nec parturitione inuēta ſum cū dolore. O Maria laudabilis inter fęminas cuius ab angelo ſalutat̃ virginitas· ſola īpregnata nec vtiata· exonerata nec euacuata. Hinc etiam in Cantꝭ. canitur. Hiero⁹. vbi ſupra. Hortus concluſus ſoror mea fons ſignatus: Emiſſiones tuę paradiſus. Vere hort⁹ delitiarum in quo conſita ſunt vniuerſa genera floꝝ ⁊ odoramenta virtutum· ſicqꝫ cōcluſus ut neſciat violari nec corrumpi vllis inſidiarū fraudibus. Fons itaqꝫ ſigillo tot⁹ trinitatis ſignatus ex quo fons vitę manat· in cuius lumine lumē oēs videm⁹. Ipſe eſt enim iuxta Johannem· qui illuminat omnem hominē. Cuius profecto vteri emiſſio ſupnoꝝ ciuium omniū eſt paradiſus. De iſto nāqꝫ ventris agro patriarcha Iſaac lōge odorās aiebat: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni quem benedixit dñs.

## Qualiter ut terra inculta fructum pacis attulit. Bern̄ vbi ſ. Cap. XLVIII

Non ſolū itaqꝫ iuxta q̄d ſuperius expoſuimus: ſicut pluuia in vellus deſcendit dei fili⁹ in Mariam· ſed etiā ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Idem ibidē omel. j. In illa nempe die ſtillauerunt montes dulcedinem ⁊ colles fluxerūt lac ⁊ mel· quando rorantibus cęlis deſuper nubibuſqꝫ pluētib⁹ iuſtū apta ē terra lęta germinās ſaluatorē. Qñ dño dāte benignitatē ⁊ tra nr̄a reddēte fructū ſuum

ſuper illum montem montiũ ·montẽ co-
agulatũ ⁊ pinguẽ·miſericordia ⁊ veritas
obuiauerũt ſibi·iuſticia ⁊ pax oſculate ſũt
¶ Hugo de ſãcto Victore. Ve-
ritas·n·erat in celo cũ iudice deo· miſeri-
cordia vero in terra cum hoĩe iudicãdo
vbi nãq; miſericordia eẽt ſi cũ miſero nõ
eſſet. Accepto deniq; tp̃e deſcẽdit deus
aſſũpta veritate ut poneret rationẽ cum
hoĩe. Nõ cũ vidiſſet miſericordia diuini
cõſilij nõ ignara perrexit ĩ obuiã illi deũ
cupiẽs mitigare ⁊ placatũ adducere. Ibi
ergo miſericordia ⁊ veritas obuiauerũt
ſibi. Veritas affirmabat hoĩes neq; me-
rito debere cõdẽnari · miſericordia vero
reſpõdit·eoſ ut boni fierẽt etiã ſpõtanea
pietate debere reuocari. Veritas dixit ꝙ
malis de⁹ oĩno parcere nõ deberet. Mi-
ſericordia ꝟo rñdit·ꝙ ſi nemini de⁹ par-
ceret nũq; bonos haberet. Veritas dixit
ſe nolle nec poſſe tot hoĩuʒ ſcelera tolera
re. Miſericordia ꝟo rñdit : dei gratiam
ad indulgendum ſuperabundare. Vi-
dens itaq; de⁹ tam diũſas ſñias ad effe-
ctum ſimul ꝑducere nõ poſſe·ait: Scri-
ptum eſt·miſericordiã ⁊ veritatẽ diligit
de⁹. Veritas aũt vult ut totũ imputet̃.
Miſericordia ꝟo ut totũ ꝯdonet̃. Que
q; ſimul fieri nõ pñt·peccatum hoĩs ⁊ ex
parte ꝓpter veritatẽ puniat̃·⁊ ꝓpter miſe
ricordiã ex p̃te dimittat̃. Veritas autẽ
intrãs cor hoĩs clamare cepit hoĩem ac-
cuſans · mĩa vero non deſiſtebat in celo
pro hoĩe poſtulãs. Itaq; veritas de ter-
ra p̃ ꝯfeſſionẽ hoĩs oriebat̃ ⁊ iuſticia de
celo ꝓſpiciẽs p̃ dei miſericordiã ad t̃ras
mittebat̃. Nũ g̃ miſericordia cũ deo ꝓ
hoĩe erat. Iuſticia vero ⁊ veritas a deo
cũ hoĩe erat. Iã inter deũ ⁊ hominẽ pro
iuſticia pax erat. Tũc ait iuſticia ad pa-
cem : Nũqd ſat̃ eſt optimo mala dimit-
tere·niſi etiã ſtudeat bona cõferre : La-
xauit peccata p̃ indulgentiã·nũc cõferat
etiã ꝟtutũ dona per gratiã. Rñdit pax
⁊ ait: Dñs dabit benignitatẽ ⁊ terra no-
ſtra dabit fructũ ſuũ. ¶ Iſidor⁹ cõtra
iudeos li.j. Myſtice ꝟo terra ſignifi-
cat Mariã virginẽ·que fide aperta non
corruptione genuit ſaluatorẽ. Illũ q̃ppe
ſine virilis ſeminis cõmixtione ſolus cre-
auit de⁹. Vñ ⁊ alibi dicit̃: lapis de mõ-
te ſine manib⁹ abſciſus. ¶ Glo. ſup
Eſaiam. Hic eſt fruct⁹ terre ſublimis
fili⁹ videlicet Marie ꝟginis de q̃ quon-
dam dictũ ẽ ad ꝓphã: De fructu ven-
tris tui ponã ſup ſedẽ tuã. ¶ Bern. in
ſermo. d natiuitate btẽ Marie
Ne dixeris vltra o Adã: mulier dedit m̃
de ligno vetito·dic poti⁹: Mulier quam
dediſti mihi cibauit me fructu bñdicto.

¶ Qualr̃ ut virga ſine hũore florẽ ꝓtulit. Iſidor⁹ ſup Numeri. Cap XLIX

V Irgam etiam Aaron q̃
ſine humore florẽ ꝓtulit Mari
am eſſe ꝟginẽ putãt q̃ ſine coi-
tu chriſtũ dei ꝟbũ edidit. ¶ Bern. in
ſermone·ij. de aduẽtu dñi. Iam
itaq; manifeſtũ arbitror que nã ſit ꝟga
de radice Ieſſe ꝓcedẽs·q̃s ꝟo flos ſup
quem requieſcit ſp̃uſſanctus·qm̃·virgo
dei genitrix ꝟga eſt·flos fili⁹ eius. Flos
vtiq; virginis fili⁹. Flos cãdidus ⁊ rubi
cudus elect⁹ ex milib⁹. Flos in quẽ ꝓſpi-
cere deſiderãt angeli. Flos ad cui⁹ odorẽ
reuiuiſcũt mortui. Flos inq; non horti
ſed ut ipſe teſtat̃ flos cãpi. Ad modũ ſeni
campi ſine oĩ hũano adminiculo ꝟginis
aluus floruit·ſic inuiolatis ⁊ caſtis viſce-
ribus florem protulit·cuius pulcritudo
corruptionem non videat ⁊ in perpetuũ
gloria non marceſcat. Hec eſt enim vir-
ga ſublimis·planta celeſtis·ſanctior vni
uerſis·que verticem ſanctum erexit vſq;
ad dominum maieſtatis·quia nimirum
in altum miſerat radices humilitatis.
Idẽ in ſermo. iij. de annuncia-
tione. Illud ſane diligenter attẽde ꝙ
hunc florẽ propheta non de virga dixit
aſcẽſuꝝ ſ; d radice ne putet̃ ut eſtimaue-
re nonnulli noua chriſti caro in virgine
de nihilo creata fuiſſe· ſed abſq; dubio

probatur a coīs radicis origine cōmunē materiā habuiſſe. Aug⁹ ad voluſianū. Itaq; magnitudo virtutis dei q̄ nullas anguſtias ī anguſto ſentit vterū virginalē nō aduēticio ſed indigena puerperio fecūdauit. ¶ Bern̄. in ſermone de natiuitate bt̄e Marie. Hec q̄ meditari dixi ſapiētiā ⁊ prudētiā indicauī ſuauitatis eructare memoriā quā in huiuſcemodi nucleis ſacerdotalis virga copioſe ꝓduxit· quā in ſupnis hauriēſ vberius nob̄ Maria refudit. In ſupnis plane ⁊ vltra angelos· nā vſq; ad angelos plenitudīe grē· ſupra angeloſ aūt gr̄a ſuꝑueniēte ꝑuenit· ē nimirū ⁊ ī angelis charitas· ē puritas· ē hūilitas. Quid horū n̄ eminuit ī Maria? At vero cui aliqn̄ dictum ē angelorū: Sp̄ūſſāct⁹ ſuꝑueniet in te ⁊c. Deniq; veritas de t̃ra orta ē ⁊ non de ā̄gelica creatura· nec āgelos ſ; Abrahe ſemen apprehēdit. Angelo q̄ppe magnū eſt ut ſit dei miniſter· Maria vero ſublimius q̄ddā meruit ut ſit mater. Fecūditas itaq; virginis ſupeminēſ gloria ē· tātoq; ſingulari munere facta ē excellētior angelis· q̄nto differētius ꝑ miniſtris nomē accepit matris. Hāc inuenit gratiā plena iā gratia· ut charitate feruida· virginitate integra· hūilitate deuota fieret nihilominus ſine virili cognitione grauida· ſine muliebri dolore puerpera· par̄ ſ; eſt· qd̓·n· in ea natū eſt ſanctū fili⁹ dei vocat̃ ⁊ eſt ¶ Aug⁹ in li. de fide ad Petrum. Ipſa itaq; virgo ſingulari gr̄a ꝑuenta eſt atq; repleta ut ipſū haberet vētris ſui fructū quē ex initio habet vniuſitas dn̄m· ut illud qd̓ naſcebat̃ ex ꝓgenie primi hoīs· tātūmodo generis originem duceret ⁊ nō criminis.

## ¶ Qualiter in montana conſcendēs Elizabeth ſalutauit. Glo. ſup Lucam. Cap L.

Accepto igitur ut dictū eſt cōſenſu virginis ut ſine virili ſemine cōciperet dei filiū· diſceſſit angelus ab ea· viſum eſt vtiq; ſbtrahendo nō famulatū. ¶ Beda ibidē. Itaq; celeſtia petit que ⁊ virgo ſequitur dū in montana progredit̃. Ambro⁹ ſup Lucā l̓ ij. Non enī quaſi incredula de oraculo nec quaſi incerta de nūcio· nec quaſi dubitans de exemplo· ſed q̄ſi leta ꝓ voto· religioſa ꝓ officio· feſtina pro gaudio abijt in montana. Quo enim iā deo plena niſi ad ſuperiora ɔſcēderet? ⁊ hoc cū feſtinatione· q̄r neſcit tarda molimina ſpūſſācti gratia· ſ; nec gaudebat virgo diu videri in publico. Diſcite igit̃ ⁊ voſ mulieres· nō per domos alienas circūcurſare· non in plateis morari· non aliquos in publico ſermones miſcere· Maria in domo ſera· in publico feſtina. ¶ Bern̄. ſuper Lucam. Itaq; feſtināter abijt ⁊ Zacharie domū intrauit ut Elizabeth viſitaret ac pregnanti grandeue iuuēcula miniſtraret. ¶ Ambroſius vbi ſ. Diſcite ⁊ vos mulieres ſancte ſedulitatem quā debetis cognatis pregnantibus exhibere. Maria nempe que ſola prius in penetralibus verſabatur· non a publico virginitatis pudore· non a ſtudio montium arduitate· nō ab officio itineris aſperitate retardatur. ¶ Gloſa ſuper Lucam. Et ſalutauit Elizabeth quaſi congratulās ei de dono qd̓ eam accepiſſe didiciſſet. ¶ Ambroſius vbi ſupra. Didiciſtis o virgines Marie pudorē· diſcite ⁊ eius humilitatem. Junior ad ſeniorem venit· eamq; prior ſalutauit. Decet enī ut virgo q̄nto caſtior· tāto ſit ⁊ humilior. ¶ Beda vbi ſupra. Tandem igitur humilitatē quā angelo Maria exhibuerat· hominibus etiam exhibere curabat· ⁊ hoc quoq; minori ſuperior ut adiuuaretur minor. Origenes ſuper Lucam omel. j. Idcirco etiam Maria poſt conceptum ad Elizabeth in montana properauerat· q̄r Jeſus q̄ ī vtero ſuo erat Johannē adhuc in ventre matris poſitum ſanctificare feſtinabat.

¶ Qualiter ad eiꝰ vocē Johānes
in vtero exultauit. Bern̄. vbi s̄.
Cap LI

Hinc ⁊ cito aduentꝰ Ma
rie dn̄iceq; preſentie bn̄ficia de
clarāt dū ſubdit: Et factū ē ut
audiuit ſalutationē eiꝰ Eliçabeth: exul
tauit infās ī vtero eiꝰ. Ordine quidē na
ture prior Eliçabeth Marie vocē audi
uit. ſ; ſm rōem myſterij prior Johes exul
tauit. q: prior grām ſenſit. Sicut. n. illa
Marie. ſic iſte aduētū dn̄i ſentiebat. Et
q: lingua nō poterat aīo exultāte ſalta
bat: Jā q; ſue ꝑcurſionis officiū ſpūſan
cto repletus incboabat. ¶ Origenes
vbi s̄. Jdcirco nēpe ut dictū ē Maria
pꝰ ꝯceptū ad Eliçabeth ī mōtana ꝓpera
uerat. q: Jeſus q̄ in vtero ſuo erat Jo
bannē adbuc in vētre mr̄is poſitū ſācti
ficare feſtinabat. Deniq; nō anq; Ma
ria ſalutaret Eliçabeth. ſ; ſtatim ut locu
ta eſt verbū q: dei filiꝰ in vētre mr̄is ſug
geſſerat infās Johes exultauit ⁊ tūc pri
mū ꝑcurſorē ſuū Jeſus ꝓpham fecit.
¶ Odilo cluniacen̄. Sic igit ad ītroi
tum Marie Johes exultauit ⁊ luſit. q:
v̄ba dn̄i ꝑtonāt ꝑ os v̄ginis audiebat
ac de vtero mr̄is in occurſū illiꝰ erūpere
geſtiebat. ¶ Bern̄ ī ſermo. d̄ Johā
ne baptiſta. Vere ḡ lucerna ardēs fu
it quē ſic flāma celeſtis ꝓoccupauit ut iā
chriſti ſentiret aduētū. cū nōdum ſentire
poſſet vel ſeipſū. Jlle nimi ignis nouꝰ
q̄ recēs e celo elapſus ꝑ os Gabriel ī au
rem intrauerat v̄ginis. rurſus ꝑ os v̄gi
nis ⁊ aurē mr̄is ad paruulū introiuit vt
vas electionis impleret. ⁊ lucernā chriſto
dn̄o ꝓpararet. Que tūc q̄dē adbuc ſub
modio erat ⁊ ipſu; modiū ſuū tm̄ matrē
ſc; illuminabat. magnū ei reuelās ſacrm̄
pietatꝫ ipſo motu noue exultatiōis. pau
lopoſt ponēda ſup cādelab totū q; no
uis illuſtratura fulgorib mūdū. Augꝰ
in quadā omel. Nā q: ſaluator nr̄
dei filiꝰ in corpe mortali quaſi ī nocte ap
parere voluit lucernā ſibimet vn̄ videret
vel videret accēdit. ¶ Gregꝰ ī omel.
euāgelij xx. Hinc etiā idē Johes vo
cem ſe eſſe aſſerit. q: vox v̄bū ꝓcedit. Ad
uentū itaq; dn̄i ꝓcurrēs vox dicit. q: per
eiꝰ myſteriū pr̄is v̄bū ab hoib audit.
¶ Maximꝰ epūs ī ſermo. de Jo
hāne baptiſta. Veniētē q̄ppe dei fi
lium ī carne pleno letꝰ ore clamauit. ⁊ ſic
pr̄i muto linguam aperuit. ſic ⁊ aures ho
minū auditu grē ſaluatoꝫ īnouauit. Jn
tm̄ autē in eo ſpecial ꝓfulſit electio ut an̄
mereret annūciare dn̄m. q; naſcēdi ſume
re initiū vel linguā qua enunciare poſſet
accipe. Quid ē h̄ miraculi frēs: q̄ tātoꝝ
nouitaſ gaudioꝝ. ut Eliçabeth illa vetꝰ
mulier ⁊ noua mr̄ veniēti ad ſe btē Ma
rie teſtaret infātē in vtero ſe hr̄e q̄ necdū
ſentiēs ſemetipſū dn̄icū iā ſentiret aduē
tum: Nullꝰ ignorat chariſſimi paruulū
omnē ab vtero mr̄no ꝓdeūtē int ipā lud
exordia meſtis ꝯcrepare vagitib. ſolus
baptiſta dn̄i vltra legē naſcētiū natiui
tatē ſuā leticia ⁊ exultatiōe ꝓueīt. ipſūq;
mūdi ſaluatorē. q: necdū ſermone pote
rat. ꝓpbetico gaudio reuelauit.

¶ De cōpatiōe partꝰ vtriuſq; Eli
zabeth ⁊ Marie. Chryſo. i ome
lia de eodē. Cap LII

Qualis aūtꝫ rex tal ⁊ nūci
us eiꝰ. videlic; natꝰ ex grā nō ex
natura. Jtaq; ſic chriſti ꝯcepti
onē an̄ ꝓnūciauit āgelꝰ. ſic ⁊ iſtiꝰ. Pre
terea ſic iſtiꝰ ptās anq; naſceret oſtēſa ē.
ſic ⁊ illius virtus an̄ ortum manifeſtata
eſt. ¶ Augꝰ in ſermo. de eodē. De
niq; nulliꝰ ex pr̄ib natiuitatē ecclīa cele
brat. Johis ⁊ chriſti ſolēnicāt. Naſcitur
Johes d̄ ſterili anicula. chriſtꝰ de v̄gine
iuuencula. Johem itaq; parit ſterilitas.
chriſtū integritas. Jn natiuitate Johis
etas nō erat cōgrua parētalis. in natiui
tate chriſti cōplexus non erat maritalis.
Porro āgelo nūciāte Johes naſciturꝰ
nō credit. ⁊ pr̄ mutꝰ efficit. chriſtꝰ v̄o cre
dit. ⁊ a v̄gine fide cōcipit. ⁊ tn̄ eadē fere
verba ſunt vtriuſq; Zacharie videlicet

ꝛ Marię. Nam ꝓpe modũ eadẽ verba ſunt. vnde hoc ſciã. Et quõ fiet iſtud: ſ tñ ille corripit̃ iſta iſtruit̃. Illi dicit̃ q̃re nõ credidiſti. iſti vero accipe qđ quęſiſti. In vtriuſqꝫ ſiquidẽ verbis cogitatio la tebat. ſed hoĩes nõ eũ q̃ corda videbat. Poſtremo Johannes naſcit̃ vbi iã lux minuit̃ ꝛ nox incipit creſcere. Chriſtꝰ aũt vbi nox accipit decremẽtũ ꝛ dies augmẽ tum. vnde tãq̃ h̃ ſignũ natiuitatũ ambo rum reſpiciẽs ipſe Johãnes ait: Illum oportet creſcere me aũt minui. Videtur aũt Johes duorꝫ teſtamentorꝫ. i. veteris ac noui quidã interiectus limes. dicente dño: Lex ꝛ ꝓphę vſqꝫ ad Johãnẽ. Su ſtinet ergo pſonã vetuſtatis ꝓpter quã de ſenibꝫ naſcit̃. ꝛ p̃conium nouitatꝫ ꝓpter qđ in viſceribꝫ matris mũdi natꝰ ꝓpha declarat̃. Fuerat quidẽ diuina diſpoſi tio ut hõ tantę gratię teſtimoniũ chriſto pbiberet qui etiã chriſtus putari poſſet. Nã inter natos mulierũ ut ait ipſe: ne mo ſurrexit maior Johãne. Itaqꝫ ſi eo nullus erat maior homo. vtiqꝫ qui ma ior eſt illo. plus eſt q̃ homo. ❡ Maxi mus vnde ſupra. Et q̃ decuit vt de matre ſterili naſceretur. qui fęcundita tem virginis reuelaret. q̃uis mirabilem partũ mirabiliter natꝰ oſtẽderet: Quid hac religione glorioſius? quid hac fide inſignius. in qua ſterilis ↄcepit. parturit. mutꝰ loquit̃. ꝛ in ſecreto maternorꝫ viſce rum paruuli totius mundi gaudia pręludunt.

## ❡ Qualiter Elizabeth virginem matrem benedixit. Ambroſiuſ vbi ſupra. ❡ Cap LIII

Repleta eſt ergo ſpũſan cto etiã Eliçabeth. Non prius quidẽ mater q̃ filiꝰ repleta fuit ſed filius replet̃. matrẽ etiã repleuit. ꝓ phetantqꝫ mr̃es ſpũ paruulorꝫ. Maria tñ repleta eſt añ ↄceptũ. Eliçabeth aũt pꝰ cõceptũ. ❡ Berñ. vbi ſ. Et excla mauit magna voce. nõ tã clamoſa q̃ de uota. Vel ideo voce magna. q̃ magna cognouit dei dona: Benedicta inq̃t tu inter mulieres. Ecce eadẽ voce Maria ꝟgo ab Eliçabeth qua ꝛ a Gabriele an gelo bñdicit̃. ut ꝛ angelis ꝛ hoĩbꝫ vene randa cũctiſqꝫ fęminis p̃ferẽda mõſtra retur. ❡ Petrus epũs vbi ſupra Et reuera virgo Maria int̃ mulieres be nedicta. quę ꝛ decus poſſidet virginita tis ꝛ dignitatẽ ptulit matris. Vere bñ dicta q̃ ꝛ ſupni cõceptus meruit gratiã diuiniqꝫ germinis ſuſcepit gloriã. ꝛ ſuſtu lit integritatis coronã. Vere bñdicta q̃ cęlo fuit maior. terra fortior. orbe latior. Deũ nãqꝫ quẽ mundus nõ capit ſola ce pit. portauit eũ q̃ portat orbẽ. ſuũqꝫ ge nuit genitorẽ. nutriuit omniũ viuentiũ nutritorem. ❡ Hieroꝰ in ſermone de aſſũptiõe. Benedicta inq̃t in mu lieribꝫ tu es. i. plus bñdicta q̃ oẽs mulie res. q̃ quicq̃d maledictionis p Euã in fuſum eſt. totũ Marię bñdictio abſtulit inſup ꝛ gratiã refudit. ❡ Idẽ ĩ alio Eua igit̃ obfuit. Maria pfuit. Eua lux it. Maria illuxit. Cadat ĩ pprerũ Eue q̃ loti ſumus vniuerſi per partũ virginiſ Marię. Glo. ſup Lucã. Nõ igitur ſolũ in ter mulieres bñdicta. ſ inter bñdi ctos maiori bñdictiõe inſignis es virgo Maria.

## ❡ Qualiter fructũ ventris eiꝰ etiã bñdixit. Glo. interlinealis. Cap LIIII

Et bñdictꝰ fructꝰ ventris v tui. non ſicut benedicti ſunt ho mines cęteri. ſ ſicut ait aplus: Qui eſt ſup oĩa deus bñdictus in ſęcu la. per quem ꝛ aliĳs benedictio venit. Berñ ſuper miſſus ẽ omel. iĳ. Nec quia tu benedicta. ideo benedictꝰ eſt fructus tui ventris. ſed ideo tu bene dicta. quoniam ille te pręuenit in benedi ctionibus dulcedinis. Vere etenim bñ dictus in quo benedictę ſunt omnes gẽ tes. de cuius plenitudine tu quoqꝫ acce piſti cũ cęteris. q̃q̃ differentius a cęteris.

Benedictus ergo fruct⁹ ventris tui· be-
nedictus ĩ odore· benedict⁹ in ſapore· be-
nedictus ĩ ſpecie vel ĩ decore. Huiꝰ odo-
riferi fructus fragrãtiã ſentiebat qui di-
cebat: Ecce odor filij mei· ſic odor agri
pleni. An non vere benedictus· cui bene-
dixit dñs? ¶ Hieronym⁹ in ſer-
mone vbi· ſ. Talibꝫ quippe priores
ſancti diuinit⁹ afficiebant̃ odoramentis
talibꝫ inſpirabant̃ de Chriſto p̃ſagijs ꝙ
videlicet naſcitur⁹ eſſet in mũdo in quo
eſſet omniũ ſalus ⁊ hereditaꝗ eterne be-
nedictio. Iſte ſiquidem erãt fidei veſtes
quibꝫ induebant̃ ſancti ꝑores. Iſte erãt
quas rebecca· imo ſpũſſanct⁹ domi ſecũ
habuit quibus Jacob filiũ ſuũ induit.
Niſi enĩ ſpũſſanctus eas domi ſeruaſſet
ac ꝓtuliſſet· quid tam miri odoris pater
Iſaac in eis habuiſſet? Totũ ergo my-
ſteriũ erat quod gerebat̃· vt· ſ· per veſti-
mentoꝝ fragrantiã Chriſtus annũcia-
retur quẽ nos quicũq͡ꝫ baptiçamꝰ indui-
mur in quo benedixit nos deus oĩ bene-
dictione ſpũali ĩ celeſtibꝫ· Unde ⁊ huiꝰ
odorem vt dictũ eſt in ſpũ longe trahẽs
pꝛefat⁹ Iſaac filiũ benedixit· in quo ni-
mirũ oĩs benedictio celeſtis mũdo efflo-
ruit. Et bene ab eo plenus ager dicit̃· qꝛ
plena gratia virgo Maria ꝓnũciatur·
de cuius vtero vite fructus effluxit cre-
dentibus· ⁊ nos oẽs de plenitudine eius
accepim⁹. ¶ Bernardus vbi· ſ.
De ſapore ꝟo eiuſdem fructus quidaꝫ
quod guſtauerat talit̃ eructabat: Gu-
ſtate inquit ⁊ videte· qm̃ ſuauis eſt dñs
Et alibi. Q̃ magna multitudo dulcedi-
nis tue dñe. Ipſe q͡ꝫ fructus quia ſemel
guſtatus dulcedine ſua magis appetitũ
excitabat dũ ſe nos ad ſe inuitat dicẽs:
Qui edunt me adhuc eſurient· Audi et
de ſpẽ in quã ⁊ deſiderãt angeli ꝓſpicere
Ex ſion q̊ppe ſpẽs decoris eiuſ. Tu inq̊t
ſpecioſus forma pre filijs hominuꝫ· dif-
fuſa eſt gratia in labijs tuis· ꝓpterea be-
nedixit te deus in eternũ. ¶ Idem in
omel· ij· Ergo maria bñdictus fruct⁹
vẽtris tui· tu q͡ꝫ bñdicta ex ei⁹ bñdictiõe
qꝛ non poteſt arbor mala fructũ bonũ fa-
cere. Quid dicebas Adã: Mulier quã
dediſti mihi dedit mihi de fructu ligni ⁊
comedi? Uerba malicie ſunt hec quibꝫ
augeas magis q͡ꝫ deleas culpã· ſed ſapi-
entia vicit maliciã. Ecce redditur tibi fe-
mina prudens pro fatua· humilis ꝓ ſu-
perba· que tibi pro ligno mortꝭ guſtum
vite porrigat· ⁊ pro venenoſo illo amari-
tudinis cibo fruct⁹ eterni dulcedinẽ por-
rigat. Ergo muta verbũ inique excuſa-
tionis in vocem gratiarũ actioniſ· ⁊ dic:
Mulier quã dediſti mihi dñe dedit mi-
hi de ligno vite ⁊ comedi· ⁊ dulce fuit ſu-
per mel ori meo· qꝛ in ipſo viuificaſti me

## ¶ Qualiter matrẽ dñi magnifi- cauit. Beda vbi· ſ. Cap· LV

Et vnde hoc inquit mi-
hi· vt veniat mat̃ domini mei
ad me? Nõ ignorat eliçabeth
operationẽ eſſe ſpũſſancti· ꝙ ꝓphete ma-
ter a matre dñi ad ꝑfectuꝫ pignoris ſui
ſalutetur· verum hoc non ſui meriti ſed
diuini munerꝭ eſſe fatetur· qm̃ idem ſpũſ
qui ꝓphetie illi donũ dedit· pariter ⁊ hu-
militatẽ ꝯſtitit. ¶ Ambroſius ſup
Lucam. Unde h inquit mihi: qua-
ſi diceret. O q̃ntum mihi bonuꝫ accidit
ꝙ ad me mater dñi mei venit. Sꝫ qua
iuſticia· quibuſq͡ꝫ meritis meiſ contigit?
Miraculũ ſentio· myſterium agnoſco.
Mater dñi ferax verbo· plena eſt deo.
¶ Beda vbi ſupra. Ecce enĩ vt fa-
cta eſt vox ſalutatiõis tue in auribꝫ meiſ
exultauit in gaudio infans ĩ vtero meo
Ipſo quippe momẽto quo vox in aureſ
corporis virtus q͡ꝫ ſpũalis cor audientiſ
intrauit· ⁊ non ſoluꝫ matrem ſed etiam
ſobolem amore aduenientis accendit.
¶ Idem in eodem. Itaq͡ꝫ reuelã-
te ſpũ quo impleta erat eliçabeth intelli-
git quid infantis exultatio ſignificaret·
veniſſe· ſ· matrẽ illius cuius p̃curſor fu-
tur⁹ eſſet. Que ergo prius erubeſcebat
on⁹ pariẽtꝭ dũ neſciret myſteriũ religiõiſ

iam nūc bn̄dicebat. Et q̄ ſe p̄us occulta bat q̄r filiū ꝯcepat· nūc ſe iactabat q̄r ꝓ pheta̅ genuerat. Deniq̄ʒ q̄ in occulto co gnouerat· bis q̄ ſimul aderant ⁊ audie bāt palā euāgeliçabat.

¶ Qualit' fidem ipſius cōmēdauit. Beda vbi·ſ· Capitulū LVI

Beata inq̄t que credidi ſti q̄m pficiet' ea que dicta ſūt tibi a dn̄o. Hic apparet Mariā nō dubitaſſe ſ; credidiſſe ·⁊ iō fructū cōſecutā fuiſſe. Apparet etiā Eliçabeth ipſa v̄ba angeli ad Mariā dicta p ſpiritū ītellexiſſe. Virgo itaq̄ʒ credidit vbi ſacerdos dubitauit. ¶ Aug⁹ in ſermone de annūciatiōe. Hinc vox illa v̄ginal' inſonuit: Ecce inq̄t ancilla dn̄i fiat m̄ ſm verbū tuū. O felix obediē tia·o inſignis grā q̄ dn̄ fidē hūilit' vedit celi opificē in ſe corpauit. Hec obedientia vera fuit oī ſacrificio acceptior. Hec volūtas cūct̄ hoſtijs gr̄ior. Hinc ⁊ gl̄iaʒ ꝓmeruit quā ipſa poſtmodū auxit: Ecce inq̄t ex h̄ btām me dicēt oēs gn̄atiōes Sic iux̄ Hieremiā fecit dn̄s in t̄ra nouum·q̄r femīa circū dedit virū. Circūdedit inq̄ʒ Maria virū angelo fidē p̄bendo ·q̄r pdidit Eua virū h̄pēti ꝯſentiēdo Subitoq̄ʒ btā dei genitrix p̄gnās efficitur ⁊ p cūcta ſecula p̄dicat' ¶ Idē ʒ de trinitate·li·xiij· Chriſt⁹ eni ex v̄gine naſci voluit cui⁹ ꝯceptionē ſpūs nō caro· fides nō libido p̄uenit. Credēdo q̄ppe nō ꝯcūbēdo ſctā virginitas ē fecūdata·q̄r naſcebat' nō trāſgreſſiōis ꝯtagiōe vitiata natura·ſ; oīuʒ taliū vitioꝝ ſola medicina. ¶ Idē in·li·de virginitate. Beatior certe Maria pcipiendo fidem Chriſti·q̄ʒ ꝯcipiēdo carnē Chriſti. Nam ⁊ ipſe dicēti ſibi: Btūs vent' q̄ te portauit ⁊ vbera q̄ ſuxiſti: R̄n̄dit: q̄n imo: Beati q̄ audiūt ⁊ cuſtodiūt v̄bū dei. Deniq̄ʒ frīb⁹ ei⁹·i·cognat̄ ſm carnē q̄ nō crediderūt in eū·q̄d ꝓfuit illa cog tio? Sic ⁊ m̄rna ꝓpinq̄tas nihil Marie ꝯtuliſſet· niſi felici⁹ chriſtū corde q̄ʒ carne geſtaſſet.

¶ De cantico prophetico quod mater virgo cecinit. Glo· ſuper Lucam. Cap LVII

Audītis deniq̄ʒ Maria p̄conijs Eliçabeth dona que ꝯceperat ampli⁹ tacere nō potuit·⁊ que v̄ginali pudore p̄us acceptū oraculū ſilentio texerat·iaʒ cōgruo tempore patefecit. Cōgrue quidē ⁊ añ Johannē Eliçabeth·⁊ añ dn̄i gn̄ationē ꝓphetauit Maria: vt ſic initio peccatū a muliere·ſic etiā in initio ſalut̄ a mulieribus inchoarent' bona. ¶ Hugo ſuper magnificat. Nō ḡ Maria ſe potuit vlterius ꝯtinere·que ſpm̄ quē intra cordis ſui ſecreta tāta plenitudine redundantem ſentiebat·p oris alieni clauſtra cernebat erupiſſe. Tūc igit' ad manifeſtationē ſpūs os aperuit·⁊ v̄bū q̄d cōceperat eructās·in laudē ſaluatoris erupit dicēs: Magnificat aīa mea dn̄m. ¶ Aug⁹ in ſermōe vn̄·ſ· Sic leta v̄go Maria filiū amplectit'·portat a q̄ portat'·plaudet nūc organis Maria et int' articulos puerpere ꝯcrepāt tympana. Audite queādmoduʒ tympaniſtria n̄ra cātauerit: Magnificat inq̄t anima mea dn̄ʒ. Cauſaʒ igit' inualeſcēt̄ errati miraculū noui pt⁹ euicit·⁊ Eue plāctū Marie cant⁹ excluſit. ¶ Hugo vbi ſupra. Nemo aūt hui⁹ cantici v̄ba putet leuit' eſtimāda·q̄ nimirū tam de profunda ꝯceptiōe ꝓlata ſūt·abſq̄ʒ ꝓfūda inueſtigatiōe digne penetrari nō poſſūt· ⁊ oē q̄d dictū eſt ab illa ſūme veritat̄ intima luce·cui mēs v̄ginis excellent' inherat emanauit·nec aliud q̄cq̄ʒ dicē potuit q̄ meditādo locuta nō ē ſ; guſtādo quāq̄ʒ non docuit p varia diſcurrēs cogitatio·ſ; viui ſapīe fonti p ꝯtēplationē mētis inherēs deuotio. ¶ Glo ſuper Lucam. Primo quidē dona ſibi ſpecialit' cōmiſſa ꝓfitēs īſinuat·deinde v̄o beneficia dei quib⁹ gn̄aliter humano generi perpetuo conſulere nō deſiſtit enumerat ꝛc.

## ¶ Qualit̃ in initio dñz magnifi-
## cauit. Origenes ſuper Lucam
## omel·viij· Cap LVIII

MAgnificat inq̃t aīa mea
dñm. Saluator nr̃ eſt imago
dei inuiſibil̃· ⁊ aīa nr̃a ē imago
imaginis. Cū igit̃ illā ope cogitatione
ſermōe magnificauero· tūc imago in me
grādis efficit̃· ⁊ ipſe dñſ cuiꝰ imago ē in
aīa mea magnificat̃. ¶ Glo. ſup Lu
cam. Magnificari ḡ dr̃ dñſ nō ꝙ ei hu
mana vox aliq̃d adiūgat· ſ; qꝛ magnifi-
cat̃ in nob̃ dū aīa nr̃a q̄ ad imaginē dei
creata ē. Chriſto q̇ imago dei pr̃is ē per
iuſticiā ſe ꝯformat. Sicq; dū ipſuz chri
ſtū imitādo magnificat· q̄dā participa-
tione magnitudinis eius ſblimioꝛ erat·
vt illā imaginē ſplendido bonoꝝ coloꝛe
factoꝝ ⁊ q̄dā ęmulatiōe ꝟtutꝗ exp̄mens
appareat. Bern̄· ſup magnificat
Magnificat inq̇t igit̃ dñm aīa mea ·qꝛ
magnifice a magnifico dño ē magnifi-
cata. In p̄mis quidē ad imaginē ⁊ ſimi-
litudinez dei mirabilit̃ creata ·poſt h̃ in
Adā mirabilit̃ ꝯformata· nūc aūt mira-
bilius gl̃ioſius ac magnificētiꝰ renoua-
ta. Magnificat ḡ dñz voce ope affectu
Magnificat q̇dē dñm oīs creatura· ſed
aīa mea ſup oīa. Int̃ oēz q̇ppe creaturā
nihil tā magnifice fecit dñs ſic̃ aīaz meā

## ¶ Qualiter ſe i dño exultaſſe di-
## cit. Capitulum LIX

ET exultauit ſpūs meꝰ ·i·
ex̃ oēz creaturā ⁊ ex̃ ſemetipſū
etiā pręīmēſitate gaudij ſalta
uit i deo ſalutari meo videl; ī Jeſu filio
meo· ſinglarit̃ meo. Ac ſi diceret ¶ Glo.
ſup Lucā. Tāto me deꝰ munē ſblima
uit vt nl̃lo lingue explicare poſſiz officio
ſ; totū iterioꝛis aī affectū ī agēdis grãꝝ
laudibꝰ offero· totum qḋ viuo qḋ ſen-
tio qḋ diſcerno ī eiꝰ magnitudīe ꝯtēplā
da· ⁊ ī eiꝰ ꝑceptꝗ obſ̄uādis impēdo. In
ipſo tm̄ exulto· qꝛ trena nō curo· pſperi-
tas me nō extollit· aduſ̄ſitas nō frāgit· ſ;
illiꝰ ſola ſpūſ meꝰ mēoꝛia delectat̃ a q̇ ſa
lus ęt̃na ſpat̃. illiꝰ ꝑpetua dīnitate lętat̃
cuiꝰ tpali ꝯceptiōe caro mea fęcūdatur.
Hugo· De ſaluatione q̄z quā hūano
generi nūc ꝑparari video· totꝗ ꝑcongs
exulto· video nāq; ꝺ me aſſumi qḋ ⁊ cre
do ꝓ me offerri debere. Vere dilecta vir
go Maria ī cellā vinariā a rege ſponſo
tuo introducta· ⁊ ab vb̃tate domꝰ eiꝰ in
ebriata mēoꝛiā ſuauitatꝗ illiꝰ eructaſti ⁊
in iuſticia ipſiꝰ exultaſti. Vidiſti quippe
maieſtatē· guſtaſti ſuauitatez: iō q; qḋ
intus hauſiſti foras ꝓpinaſti. Duo nē-
pe ſūt q̄ boni angeloꝝ ⁊ hoīuz ſpūs ī illo
fonte boni ęt̃na ꝯtēplatiōe hauriūt· vi-
delicet incōpꝛehēſibil̃ dei maieſtas· ⁊ in
effabil̃ bonitas· q̄rū alterū caſtū timoꝛez
gignit· alterū ꝟo dilectionē parit. Pro
maieſtate nāq; venerāt̃ deū· ⁊ ꝓ bonita-
te diligūt eū· ne vel dilectio ſine reuerē
tia diſſoluta ſit· vel reuerētia ſine dile-
ctione pęnalis. Ad hanc ꝯtēplationem
mens Marię ſbuecta fuit q̄ cęleſtis pa-
trię dulcedinē in verb̃ ſuis tā mirabilit̃
expſſit q̄ ineffabilit̃ cōpꝛehēdit. Cū eni
magnificare dñm ſe ꝓhibuit· venerādā
maieſtatē int̃na viſiōe ꝯtueri ſe māifeſte
declarauit. Cū ꝟo ſe ī ſalutari ſuo exul-
tare aſſeruit· guſtū int̃nę dulcedīs ſe ꝑ-
cepiſſe oſtēdit. Sane qꝛ vniūſę vię dñī
mīa ⁊ ꝟitas· dñm ⁊ ſaluatoꝛē ꝯfiteri per
fecta laus eē ꝓbat̃· cū in dño ꝟitas ⁊ in
ſaluatoꝛe mīa commēdatur.

## ¶ De hūilitatis eius apud deuz
## acceptione. Cap LX

MAria vero vt ſuū gaudi-
um eē ſolidū ꝺmōſtraret· illud
nec a vanitate exoꝛtū nec ad va
nitatē ꝯſūſum oñdit· ſ; ſe dei dona ī dñz
dirigē ⁊ ꝓ reſpectu gr̃ę q̄ ꝑuēta erat ī ſa-
lutari ſuo ſe exultare ꝓhibuit· ¶ Glo·
ſup Lucā· Vn̄ ⁊ ſbdit: Quia reſpex
it hūilitatē ancillę ſuę· Ecce q̄ vilia ꝺ ſe
ſentit ⁊ totū dei gr̃ę tribuit. In iudicio

ſuo demõſtrat ſe humilē ꝭ reſpectu ſuꝑ-
nę grę ſublimē·vt ſicut mors intrauit in
mūdū ꝑ ſupbiā Euę·ſic vitę pandatur
introitꝰ ꝑ hūilitatē Marię. ¶ Bernā.
vbi·ſ̄· Reſpexit inqt hūilitatē ancillę
ſuę· Hūilitas ſui cõtemptū·ancilla ꝟgo
ſua deuotiõe cõmēdat famulatū. Re-
ſpiciendo igit̄ inqt me ꝑ grāȝ ſuā ⁊ hu-
milem fecit me ⁊ ancillā ſuā·ſuā inꝗȝ me
fecit·qꝛ de me ⁊ in me opus ſuū ſpūale fe-
cit. Bene Maria ꝟgo ſolā in ſe deum
hūilitatē reſpexiſſe dicit·qꝛ dīnitatꝭ ꝓpi-
tiationē quā in ꝑmis parētibꝫ humana
natura ꝑdidit·in Maria ꝑ hūilitatē re-
cuꝑauit. Nā qꝛ verbū pr̄is in ea ꝓpt̄ hu-
militatꝭ ſuę meritū carnis ſubām quam
ſibi vniret aſſūpſit·q̄ſi ad eā quā prius
abiecerat naturā ſblimādā ꝑ mīaȝ reſpe-
xit. Cuiꝰ hūilitatꝭ ꝟtutē inſinuat cum
ancillā ſe vocat. Nam qꝛ ſe humilit̄ qđ
erat ancillam ꝯgnouit ideo ſublimit̄ qđ
nõ erat mater eē meruit. Eua ꝑ ſupbiaȝ
ſe dei creaturā eē nõ conſiderās·iõ puri-
ficari noluit· Maria ꝟo hūiliter factori
ſuo ſe ſubdēs ancillā noīauit. Iõqȝ illa
eſt abiecta·iſta ꝟo electa. Supbā deuſ
deſpexit hūilemqȝ reſpexit. Reſpexit q̄-
dem ⁊ eiꝰ hūilitatē ⁊ eiꝰ hūiliationē·hu-
militatē reſpexit hūilē remūerās·hūilia-
tionē q̄ȝ reſpexit hūiliatā exaltans. In
vtroqȝ ḡ a deo ſe reſpectā eē teſtat̄·qm̄ ⁊
eiꝰ hūilitas apud deū eſt accepta·⁊ eius
hūiliatio apud hoīes ī gl̄iaȝ cõmutata.

¶ **Bernā·ſuꝑ miſſus eſt omel̄·j·**

Nā de hūilitatꝭ apud deū acceptiõe di-
cit ipſa ꝟgo·qꝛ reſpexit deꝰ hūilitatē an-
cillę ſuę. Ceterū ſuꝑ quē inqt requieſcet
ſpūs meꝰ niſi ſuꝑ hūilē ⁊ quietū? Suꝑ
hūilē dixit·nõ ſuꝑ ꝟginē. Si ḡ hūil̄ vir-
go Maria nõ eēt·ſuꝑ eā ſpūſſctūs non
reqeuiſſet·ergo nec eā impḡnaſſet. Quõ
nāqȝ de ipſo ſine ipſo cõcipet? Patet
igit̄ qm̄ vt de ſpūſctõ conciperet·ſic ipſa-
met ꝑhibet·reſpexit dñs eiꝰ hūilitatē po-
tius q̄ȝ ꝟginitatē. Et ſiq̄dē ex ꝟginita-
te placuit·tñ ex hūilitate cõcepit·vñ cõ-
ſtat ꝙ etiā vt placeret ꝟginitas ꝓculdu-
bio fecit humilitas.

## ¶ De imitāda eiuſdem hūilitate virginis. Hieronymus vbi·ſ̄ Capitulum LXI

Et vos o filię ſi vere vir-
gines vult̄ eē·mrēȝ dñi q̄ ſe an-
cillā vocat amore cordis imi-
tari curate·q̄ ab ipſo ſpõſo cui vos deuo-
uiſtis hūilitatē didicit·quā ⁊ ipſe voſ do-
cuit dicēs: Diſcite a me qꝛ mitꝭ ſum ⁊ hu-
milis corde. Non ḡ inꝗȝ a filio ſuo dño
nr̄o celos didicit fabricare·nõ angelos
creare·nõ miracula deitatꝭ inſignia ꝑpe-
trare·ſed tm̄ hūiliari·ceteraqȝ documen-
ta ꝟtutū intra hūilitatꝭ cuſtodiā aggre-
gare·vñ ⁊ in ſe ſolā hūilitatē reſpexiſſe fa-
tetur dñȝ quę cuſtos ē ceterarū ꝟtutuȝ
Collocauerat enī in tuto ſtatiõis portu
ſblimia meritoꝝ ſuoꝝ exercitia·⁊ iõ ſicē
dīnitꝰ illuſtrata. ¶ **Bernā· vbi ſupra**
Quid ḡ dicꝭ o ꝟgo ſuperba? Maria ſe
ꝟginē oblita glīat̄ de hūilitate·⁊ tu ne-
gligēdo hūilitatē blandirꝭ tibi de ꝟgi-
nitate. Nūq̄d tu caſtior aut deuotior il-
la·videlȝ vt ſine hūilitate placē ſufficiaſ
ex caſtitate tua qđ illa nõ potuit ex ſua?
Deniqȝ q̄nto honorabilior es ex ſingu-
lari munere caſtimonię·tāto tibi tu ma-
iorē iniuriā facꝭ·ꝙ eiꝰ in te decorē fedas
ꝑmixtiõe ſupbię. Alioq̄n expedit t̄ ꝟgi-
nem nõ eē q̄ȝ de ꝟginitate inſoleſcere.
Nõ oīuȝ q̄dē eſt ꝟginitaſ·multo tamē
paucoꝝ ē cū virginitate hūilitas. Si ḡ
nõ potes ī Maria ꝟginitatē niſi mirari
ſtude hūilitatē imitari ⁊ ſufficit t̄. Q̄ ſi ⁊
ꝟgo es ⁊ hūilis·quiſq̄s es magnꝰ es·eſt
tñ aliq̄d qđ vltra mirerꝭ ī Maria ſcȝ vir-
ginitas fecūda. Auditū q̄ppe non ē a ſe-
culo ꝙ aliq̄ ſimul eēt mat̄ ⁊ ꝟgo. O ſi ⁊
cuiꝰ mat̄ attēdaſ·q̄ te tua ſuꝑ eiꝰ mirabi-
li celſitudīe ducet admiratio? Nõne ḡ
deū ⁊ āgeloꝝ dñȝ habuit filiū·tuo q̄dē
imo ꝟitatꝭ iudicio ſuꝑ oēs choros exal-
tabit̄ angeloꝝ. In laudibꝫ virginū ſin-
gl̄arit̄ canit̄·ꝙ ſequūt̄ agnū q̄cūqȝ ierit
Quibꝫ ḡ laudibꝫ digna iudicat̄ q̄ etiaȝ
p̄ceit. Ipſa q̄ppe mat̄ eiꝰ·⁊ ipſe erat ſbdi-
tus. Tu ꝟo ſi nõ poteſ eū ſeq̄ q̄cūqȝ ierit

digre vel ſeq̄ q̄ tibi cō deſcēderit. Hoc ē
ſi nō potes ſublimē incedere ſemitā ꝟgi-
nitat̄ ·ſequere vel deū ꝑ tutiſſimā viam
hūilitat̄. An nō ſalubriorē elegit ſequē-
di partē in hūilitate pctōꝝ· q̄ꝫ in ꝟgini-
tate ſupbꝰ· cū ⁊ illius imūdiciā humilis
ſua ſatiſfactio purget ⁊ huiꝰ pudicitiā ſu
perbia inqnet. Sꝫ felix Maria cui nec
defuit humilitas nec virginitas.

## De varijs eiꝰ ꝑrogatiuis ⁊ fama Capitulum LXII

Et q̄dē ſinglaris virgini-
tas quā nō temerauit ſ; hono-
rauit fecūditas· ſ; nihilominus
ſpālis hūilitas quā nō abſtulit ſ; extulit
fecūda ꝟginitas· ⁊ incōpabilis ꝓrſus
fecūditas quā ⁊ ꝟginitas ſimul comita
tur ⁊ hūilitas. Quid hoꝝ nō mirabile·
q̄d nō incōpabile· q̄d nō ſinglare: Mi-
rū vero ſi nō heſitas i eoꝝ pōderatione
q̄d tua digniꝰ iudices admiratiōe: De
niq̄ꝫ q̄d mirū ſi deꝰ q̄ mirabil in ſctīs ſuis
legit ac cernit· in mr̄e ſua mirabilioꝝ ex-
hibet: Hugo vbi. s. Sic aūt virgi
nis mr̄is hūilitas vt ſupiꝰ oſtēſuum eſt
apud deū facta eēt acceptabil ⁊ g̃ta· ſic
⁊ hūilitas eiꝰ apud hoīes i gliāꝫ cōmu-
tata. Vn̄ poſtq̄ꝫ hūilitatē ſuā a dn̄o re-
ſpectā aſſeruit· ex h iāꝫ ſe btāꝫ in oēs ge-
neratiōes p̄dicādā ſtiuxit. Nam illud
vſq̄ꝫ ad illud tp̄s apud hoīes opprobri-
um ſterilitat̄ portauerat· q꞉ ꝟginitat̄ in-
tegritatē thoro maritali p̄ferebat. Sed
tūc reſpexit deꝰ hūilitatem eiꝰ ⁊ abſtulit
hūiliationē eiꝰ: Jō inq̄t: btāꝫ me dicēt
oēs gn̄atiōes· vt m̄ parū ſit iāꝫ i gn̄atiōe
p̄terita ſterilitat̄ opprobriū ſuſtinuiſſe q̄
ab oī futura gn̄atiōe btā vocaboꝝ ꝑ fru-
ctu fecūditat̄ mee. Bern̄· ſup ma-
gnificat. O dilatatū coꝝ Marie geni
tric̄ dei q̄ꝫ ꝑlucidis oculis oēꝫ creaturā
in vera btītudine collocādā ſimul aſpe-
xiſti: Ecce inq̄t· intuēt̄ ē verbū iſtud ⁊ de
monſtrāt̄. Ecce iam video q̄d futurum
ſit de me· q̄s fructus ꝓcedet ex me· q̄t ⁊
q̄nta bona nō m̄ ſoli ſ; oībꝫ gn̄ationibꝰ
ꝓueniēt ꝑ me. Nā ⁊ angelicarū gn̄atio-
nū numerus per meum generatum rein-
tegrabit· ⁊ hoīuꝫ gn̄atio i Adā maledi-
cta· ꝑ bn̄dictū ventris mei fructū ad et-
nam bn̄dictionē regnābit. Hugo
vbi. s. Ex h igit o Eliçabeth· i· ex q ꝑ
os tuū ſua maglia q̄ in me opatꝰ ē ape-
ruit· ex h eadē in oēs gn̄ationes manife-
ſtando magnificabit· q꞉ m̄ magna fecit

## De hoc q̄d fecit ei dn̄s magna Bern̄· in ſermōe de natiuitate beate Marie. Cap LXIII

Fecit ait Maria dn̄s mi
hi magna. Ecce q̄nta deuotio
hūilitat̄ iterū reſonat i ſermōe
beate ꝟginis. Eliçabeth nāq̄ꝫ gliāꝫ eiꝰ
ſingularē ꝑ reuelationē ſpūs agnoſcēs
mirabat pſonā ad ſe veniēt̄ ꝯmēdabat
⁊ vocē ſalutāt̄ ⁊ btīficabat fidē credē-
tis. Magna q̄dē p̄conia ſ; hūilitas de-
uota nihil ſibi retinere patiebat· in eum
mag̃ vniūſa refudit· cuius in ſe bn̄ficia
laudabāt. Tu inq̄t magnificas matrem
dn̄i· ſ; magnificat aīa mea dn̄ꝫ. In vo-
ce mea ꝑhibes exultaſſe filiū in gaudio·
ſ; exultauit ſpūs meꝰ in deo ſalutari meo
Beatā me eē dic̄ q̄ credidi· ſ; ⁊ creduli-
tat̄ ⁊ btītudinis cā ſupne pietat̄ ē reſpe-
ctus· vt ex h mag̃ btāꝫ me dicāt oēs ge-
neratiōes· q꞉ ācillā hūilē ⁊ exiguā reſpe-
xit deꝰ. Idē ſup magnificat. Hoc
ipſū q̄ ꝙ me btīficāt oēs gn̄atiōes non
mihi attribuo· nō meis merit̄ aſcribo· ſ;
ei potiꝰ q̄ fecit m̄ mag̃. Magnū eſt per ſe
ꝙ ꝟgo ſum· magnū ꝙ mat ſum· magnū
ꝙ vtrūq̄ꝫ ſimul ⁊ mat ⁊ ꝟgo ſum. Sed
cuiꝰ mat: vnigeniti dei plaſmator̄ ⁊ ſal-
uator̄ oīuꝫ. Glo· ſup Lucā. Ob h
igit etiā magnificat aīa mea dn̄ꝫ· q꞉ m̄
digtꝰ ē facē magna. Nil q̄ inq̄ꝫ meis me
rit̄ tribuo ſ; magnitudinē meā ad illū re
fero q̄ eſſentialit potēs ē· ⁊ de ꝑuis ⁊ d in-
fimis magnos fac ac fortes. Hugo
vbi. s. Magnuꝫ itaq̄ꝫ fuit vt Maria

dñ ancillã ſe fateret̃ plaſmatoꝛis ſui mat̃ fieret· magnũ vt ꝟgo ſine virili ſemĩe filiũ conciperet. Magnũ vt ꝟgo dei pr̃is verbũ carne ſua indutũ in vtero geſtaret. Hęc oĩa mag̃ ſũt ſ ei q̇ potẽs ẽ impoſſibilia nõ ſũt. Jðcꝫ fecit mag̃ qꝛ potenſ ẽ· ꝛ ſinglarit̃ mag̃· qꝛ ſinglarit̃ poteſ eſt. Nec ait Maria ꝑ me aut in me mag̃ fec· ſ m̃ inq̇t fecit. Quod eni ad ſalutẽ oĩuꝫ eſt ĩ ea factũ· hoc ꝑuilegio electionis ad eius gl̃iam ſinglarit̃ eſt oꝛdinatũ. Fecit ĝ inq̇t Maria dñs m̃ mag̃. Jdeo dixit magna· nec addit q̃lia· qꝛ cum oĩa dei opa ſenſus hũani capacitatẽ exuperent· ꝑcipue ſacramẽtũ redẽptiõis ꝛ incarnatiõis verbi myſteriũ ineffabile ſuꝑ oĩa eminet. Nihil enĩ vnq̃ꝫ magis mirꝝ factum eſt q̃ꝫ vt de⁹ homo fieret· ꝛ nat̃a incõprehẽſibil̃ ita ſibi coꝛpis ſubaꝫ vniret vt nec ĩ ea minuſ eſſet qꝛ erat ĩmenſa· nec ĩ ſe minoꝛ exiſteret qꝛ in illa fuerit tota. Hęc ſũt igit̃ mag̃· ꝛ ineffabilit̃ mag̃· q̃ facta ſũt in Maria ad oĩum ſalutẽ· et Marię facta ſũt ad gl̃iaꝫ ſingularem.

## Qualit̃ bonitateꝫ dei cõmendauit et ei⁹ bñficia coĩa. Berñ vbi· ſ· Cap LXIIII

